

**Luis de Molina, S. I.**

## **D e f i d e**

Comentarios a la II.II, q. 1-16

**INTRODUCCION Y EDICION**

de **EDUARDO MOORE, S. I.**

## **I N T R O D U C C I O N**

El Ms 1851 (antes T 18) de la Universidad de Coimbra<sup>1</sup> es conocido por los lectores de nuestra revista<sup>2</sup>. Contiene el comentario de Luis de Molina a la II.II, q. 1-46, y son las explicaciones de clase, en Evora, de los cursos académicos 1573-74 y 1574-75<sup>3</sup>. En el curso 1573-74 explicó las diez y seis primeras cuestiones, el tratado De fide; en el curso siguiente, desde la q. 17 a la 46<sup>4</sup>.

1. Descrito por FR. STEGMÜLLER, *Geschichte des Molinismus*, 1, B (Beiträge zur Geschichte der Philosophie und Theologie des Mittelalters, 32, B), Münster 1935, p. 12\*. Cf. J. A. DE ALDAMA, S. I., *Luis de Molina. De spe. Comentario a la II.II, q. 17-22*, en ArchTeolGran, 1 (1938) 112.

2. En ella, además del *De spe*, citado en la nota anterior, se publicó el *De bello*, editado por R. S. de Lamadrid (ArchTeolGran 2 (1939) 155-231) y el *De caritate* (28 (1965) 199-230; 29 (1966) 182-248).

3. Cf. STEGMÜLLER, o. c., p. 12\*; J. A. DE ALDAMA, a. c., p. 111; J. RABE-NECK, *De vita et scriptis Ludovici Molina*, en ArchHistSI 19 (1950) 96.

4. En carta al P. Claudio Aquaviva, General de la Compañía de Jesús, de 29 de agosto de 1582, relatando sus catorce años de magisterio teológico en Évora, dice Molina: «En los dos años siguientes, que hazen siete, lei en el primero la materia de fide con las controversias de nuestros tiempos, como de libris canonicis, autoritate editionis Vulgatae, de primatu Romanae ecclesiae, autoritate summi Pontificis, de conciliis, unitate ecclesiae, y otras. Y para quan copiosamente lei esta materia nadie juzgó ser mucho un año, que en Coimbra y en Alcalá se gastaron en ella tres años, sin leella tan copiosa». (Editada por STEGMÜLLER, o. c., p. 551, 30-37.)

En el manuscrito mismo no hemos encontrado ninguna anotación sobre el tiempo de su composición. Por su contextura nos parece un «traslado» o copia de unos apuntes tomados directamente en clase. Algunas incorrecciones en la transcripción de nombres propios o en finales de forma verbal, la falta de numeración constante de párrafos o de notas marginales (que son más abundantes al final del códice), la transposición de comentario, que dejó Molina para después por no tener tiempo entonces en clase, la cuidada caligrafía, etc., nos sugieren esa conjetura.

La foliación es seguida y de la misma mano. La materia está así distribuida:

- q.1-16: De fide, f.1r-354v
- q.17-22: De spe, f.355r-378r<sup>5</sup>
- q.23-29: De caritate, f.378v-478r<sup>6</sup>
- q.30: De misericordia, f.479r-480v<sup>7</sup>
- q.31: De beneficentia, f.480v-481r
- q.32: De eleemosyna, f.481r-521v<sup>8</sup>
- q.33: De correctione fraterna, f.522r-561v
- q.34: De odio Dei et proximi, f.561v-562v
- q.35: De acedia, f.562v-564r
- q.36: De invidia, f.564r-569v
- q.37: De discordia, f.569v
- q.38: De contentione, f.569v-571r
- q.39: De schismate, f. 571r-574r
- q.40: De bello, f.574r-612r<sup>9</sup>
- q.41: De rixa, f.612r-v
- q.42: De seditione, f.612v-613r
- q.43: De scandalo, f.613r-636v
- q.44: De praecepto caritatis, f.636v-638r
- q.45 et 46: De dono sapientiae et stultitia, f.638r-640r.

Hoy comenzamos la publicación del tratado sobre la fe. Molina sigue el orden de las cuestiones y artículos de la Suma de Santo Tomás, explicando el texto y añadiendo algunas disputas de mate-

- 
- 5. Editadas por el P. J. A. de Aldama. Cf. notas 1 y 2.
  - 6. Editadas estas cuestiones por E. Moore. Cf. nota 2.
  - 7. El f. 478v, en blanco.
  - 8. El f. 495r-v está en blanco.
  - 9. Editado por R. Sz. de Lamadrid. Cf. nota 2.

rias que no había tratado el Angélico, pero que requerían estudio por las necesidades de los tiempos. Tuvo, sin embargo, el propósito de no hacer un tratado excesivamente largo. Lo componía primordialmente para sus lecciones de clase y se atenía a la conveniencia pedagógica. Por eso, redujo el tratado sobre la fe a la amplitud que permitía las lecciones de un curso académico<sup>10</sup> y, prescindiendo del orden lógico, dejó para el final el seguir hablando de una materia que ya resultaba larga en su exposición<sup>11</sup>.

Damos a continuación un índice de las materias que trata en su comentario y de las disputas a los diversos artículos. Respetamos la numeración y orden en que se encuentra en el códice.

Comienza, tras una breve introducción, con dos disputas preliminares:

*De variis acceptationibus fidei et in qua acceptione hoc loco usurpetur. Disputatio prima* (f. 1r).

*Confutatio distinctionis fidei qua utuntur Lutherani* (f. 5r).

*Quaestio prima. Art. 1 et 2. Utrum obiectum fidei sit veritas prima. Disputatio prima* (f. 11r).

*Utrum ultima resolutio fidei nostrae tanquam in rationem credendi fiat in divinam revelationem an vero in autoritatem Ecclesiae. Disputatio secunda* (f. 13v).

*Quaenam sit revelatio qua credibilia revelantur a Deo, cuique fides innititur tanquam rationi obiectivae credendi. Disputatio tercia* (f. 21r).

*De libris canonicis atque in primis quis dicatur liber canonicus. Disputatio quarta* (f. 26r).

*Ad cuius autoritatem pertineat qui libri canonici sint? Disputatio quinta* (f. 26v).

*Cur duae partes in quas Canon librorum sacrorum dividitur, Vetus ac Novum Testamentum dicantur. Disputatio sexta* (f. 35v).

10. Cf. su testimonio en carta al P. Aquaviva en la nota 4.

11. Al final de la disp. 3 sobre el art. 10 de la q. 1, expone los títulos de las materias que podrían tratarse sobre el Romano Pontífice, los Concilios, su autoridad, etc., y añade (f. 138v): «Haec et quaedam alia quae cum his sunt coniuncta, erat animus disputare in hoc articulo. Quoniam vero paucis dici non possunt multumque in praecedentibus immorati sumus, videmurque iam excedere limites brevitatis quae in dictatis exigitur, satius duxi illa ad finem usque huius materiae peculiar tractatui reservare». Y da a los oyentes una breve bibliografía sobre estas cuestiones. En nota marginal, al final de la bibliografía, se lee en el códice: «Hic inserenda sunt disputationes aliae a 4.<sup>a</sup> usque ad 18 quae habentur infra fol. 276 usque ad 354 inclusive».

**Qui libri utriusque Testamenti canonici sint. Disputatio septima (f. 36r).**

Prima pars, in qua numerantur libri Novi ac Veteris Testamenti tum de quibus fuit certum, tum etiam de quibus fuit aliquando dubitatum an essent canonici (f. 36v).

Secunda pars, in qua adducuntur rationes quibus in dubium vocari posset an libri Veteris Testamenti de quibus est dubitatum, sint revera canonici (f. 38v).

Tertia pars in qua adducuntur rationes quibus in dubium vocari posset an libri Novi Testamenti, de quibus aliquando dubitatum est an essent canonici, sint revera canonici (f. 39v).

Quarta pars in qua affirmatur Catalogus librorum quos certa fide tenendum est esse Canonicos, ostenditurque eos esse tales (f. 41v).

Quinta pars, in qua respondetur argumentis partis secundae (f. 49v).

Sexta pars, in qua respondetur argumentis tertiae partis (f. 51v).

Utrum omnes partes librorum quos ostensum est esse canonicos, canonicae sint. Disputatio octava (f. 55v).

De Autoribus humanis qui assistentia Spiritus Sancti scripserunt libros canonicos. Disputatio nona (f. 59v).

Da variis translationibus Scripturae Sacrae. Disputatio decima (f. 64v).

Utrum standum sit Vulgatae latinae editioni si quando in Veteri Testamento a littera hebraea aut in Novo a graeca reperiatur discordare. Disputatio undecima (f. 73v).

Utrum praeter Scripturam sacram admittendae sint traditiones in quibus ea quae sunt fidei contineantur. Disputatio duodecima (f. 86v).

De variis traditionum generibus. Disputatio decima tertia (f. 95r).

In art. 3. Utrum fidei possit subesse falsum. Disputatio prima (f. 98r).

Utrum Deus de potentia absoluta per se vel per alium fallere atque mentiri possit. Disputatio secunda (f. 98v).

Solutio quorundam dubiorum circa conclusionem articuli. Disputatio tertia (f. 106r).

Art. 4 et 5. Utrum obiectum fidei possit esse aliquid visum, scientiaque et fides possint esse de eodem obiecto (f. 107v).

Utrum ad assentiendum per fidem catholicam requiratur imperium atque electio voluntatis qua eligit assentiri, an vero sufficiant motiva ad credendum quae se offerunt intellectui. Disputatio prima (f. 107v).

Utrum de rebus fidei habeamus evidentiam quod sint credibilia seu credenda. Disputatio secunda (f. 109v).

Art. 6. Utrum credibilia sint per certos articulos distinguenda (f. 111r).

Art. 7. Utrum articuli fidei secundum successionem temporum creverint (f. 111v).

Art. 8 et 9. De variis symbolis fidei. Disputatio prima (f. 112r).

Utrum recte colligatur numerus articulorum summae fidei, recteque in ea ab Apostolis fuerint dispositi. Disputatio secunda (f. 114r).

Solutio quorundam dubiorum circa hactenus dicta. Disputatio tertia (f. 117r).

In art. 10. Quid nomine Ecclesiae intelligatur et utrum sit una et eadem a principio mundi et usque ad finem. Disputatio prima (f. 118v).

Utrum fideles qui extra gratiam et in peccato sunt mortali de Ecclesia sint catholica tanquam partes eius. Disputatio secunda (f. 125v).

Utrum Ecclesia visibilis sit et conspicua, an invisibilis et occulta. Disputatio tertia (f. 135v).

(Additiones ad art. 10, q. 1). Utrus Summus Pontifex pastor sit et caput totius Ecclesiae universalis. Disputatio quarta (f. 276r).

De collatione Petri ad caeteros Apostolos quoad potestatem. Disputatio quinta (f. 291r).

Utrum Summus pontificatus alligatus atque inseparabilis sit ab episcopatu Urbis romanae. Disputatio sexta (f. 294r).

De primis successoribus Petri et electione Summorum Pontificum. Disputatio septima (f. 296r).

Utrum Ecclesia universalis possit errare in fide. Et de notis quibus vera Ecclesia dignoscenda est. Disputatio octava (f. 299v).

Utrum Concilium universale legitimate congregatum errare possit in definiendis his quae ad fidem et mores pertinent. Disputatio nona (f. 304v).

Quae Concilia universalia inter fideles sint autoritatis indubi-

tatae et quae sine controversia explorantur, et de quibus sit aliqua controversia. Disputatio decima (f. 320v).

Utrum Summus Pontifex in quantum doctor et persona particularis errare possit in fide. Disputatio undecima (f. 323r).

Utrum ex Summis Pontificibus aliquis haereticus hactenus fuerit. Disputatio duodecima (f. 325r).

Utrum Summus Pontifex hoc ipso quod haereticus sit amittat iurisdictionem, depositusque sit iure divino a pontificatu, an necesse esset sententia Ecclesiae. Disputatio decima tertia (f. 326v).

Utrum Papa, quatenus summus pontifex est, errare possit in rebus fidei definiendis. Disputatio decima quarta (f. 332r).

Utrum definitio summorum Pontificum et Conciliorum universarium censenda sit de fide. Disputatio decima quinta (f. 334v).

Solutio quarundam obiectionum contra conclusionem disputationis dicimae quartae. Disputatio decima sexta (f. 342r).

De autoritate Conciliorum ex parte capitum tantum tum etiam de autoritate conciliorum provincialium et dioecesanorum. Disputatio decima septima (f. 342r).

Utrum generale Concilium sit supra Papam. Disputatio decima octava (f. 346v).

Quaestio secunda. Utrum actus fidei convenienter distinguitur per hoc quod est credere Deum, Deo et in Deum (f. 138v).

Art. 3. Utrum post Adae peccatum ad iustificationem et salutem fuerit semper necessaria in adultis fides actualis alicuius obiecti, ad cuius cognitionem solo lumine naturali non poterant pertingere, et utrum fuerit necessaria fides Christi saltem implicita (f. 139v).

Art. 4. Utrum credere ea quae ratione naturali probari possunt sit necessarium (f. 146v).

Art. 5, 6, 7 et 8. Utrum ad iustificationem adulorum requiratur post sufficientem Evangelii promulgationem, fides explicita Christi. Disputatio prima (f. 146v).

Utrum post adventum Christi adulti teneantur habere fidem explicitam omnium articulorum fidei. Disputatio secunda (f. 153r).

Art. 9. Utrum credere sit meritorium (f. 159r).

Art. 10. Utrum ratio inducta ad ea quae sunt fidei minuat meritum fidei (f. 159v).

Quaestio tertia. Art. 1. Utrum confessio sit actus fidei (f. 161r).  
Art. 2. Utrum confessio fidei sit necessaria ad salutem (f. 161v).

Quaestio quarta. Art. 1. Utrum fides recte diffiniatur quod sit substantia rerum sperandarum etc. (f. 165r).

Art. 2. Utrum fides sit in intellectu sicut in subiecto (f. 166r).

Art. 3. Utrum charitas sit forma fidei? (f. 166v).

Art. 4. Utrum fides informis possit fieri formata et e contra (f. 169r).

Art. 5. Utrum fides sit virtus? (f. 169v).

Art. 6. Utrum fides sit una virtus? (f. 171r).

Art. 7. Utrum fides sit prima inter virtutes? (f. 171v).

Art. 8. Utrum fides sit certior scientia et aliis virtutibus intellectus (f. 171v).

#### Quaestio quinta.

Art. 1. Utrum in angelis dum fuerunt in via, et in primis parentibus ante peccatum fuerit fides (f. 174v bis)

Art. 2. Utrum in demonibus et hominibus damnatis sit fides? (f. 176v).

Art. 3. Utrum qui discredit uni articulo fidei possit habere fidem infusam informem circa reliquos? (f. 177v).

Art. 4. Utrum fides possit esse maior in uno quam in alio? (f. 180r).

#### Quaestio sexta.

Art. 1 et 2. Utrum fides etiam informis sit donum Dei (f. 180r).

#### Quaestio septima, octava et nona (f. 183r).

#### Quaestio decima.

Art. 1. Utrum infidelitas sit peccatum? (f. 183v).

Art. 2. Utrum infidelitas sit in intellectu sicut in subiecto (f. 184v).

Art. 3. Utrum infidelitas sit maximum peccatorum? (f. 185r).

Art. 4. Utrum omnis actio infidelis sit peccatum? (f. 186r).

Art. 5. Utrum sint plures infidelitatis species (f. 187r).

Art. 6. Utrum infidelitas Gentilium sit caeteris gravior (f. 188v).

Art. 7. Utrum sit cum infidelibus publice disputandum (f. 189r).

Art. 8. Utrum infideles sint compellendi ad fidem? (f. 192r).  
 Art. 9. Utrum possit cum infidelibus communicari? (f. 202r).  
 Art. 10. Utrum infideles possint habere praelationem aut dominium supra fideles? (f. 202r).

Art. 11. Utrum infidelium ritus sint tolerandi? (f. 203v).

Art. 12. Utrum pueri infidelium sint invitatis parentibus baptizandi? (f. 205r).

**Quaestio undecima. Art. 1 et 2.**

De haeresi et haeretico, atque in primis quid haeresis nomine significetur. Disputatio prima (f. 213r).

Quid requiratur ut aliquis sit censeaturque in foro conscientiae haereticus? Disputatio secunda (f. 214r).

Utrum apostatae sint haeretici, an apostasia ab haeresi distinguatur. Disputatio tertia (f. 219r).

Solutio quorundam dubiorum circa hactenus dicta. Disputatio quarta (f. 221r).

Utrum baptizatus dubius in fide sit haereticus. Disputatio quinta (f. 224r).

Utrum haeresis sit pertinax error hominis baptizati cum catholica fide pugnans. Disputatio sexta (f. 229v).

De variis errorum generibus in materia fidei atque religionis christiana, deque errorum notis. Disputatio septima (f. 233r).

Art. 3 et 4. De poenis haereticorum.

Utrum haeretici et apostatae sint ipso facto excommunicati. Disputatio prima (f. 237v).

Utrum credentes haereticis et receptatores, fautores ac defensores haereticorum sint ipso facto excommunicati. Disputatio secunda (f. 241r).

De poena confiscationis bonorum haereticorum. Disputatio tercia (f. 245r).

Utrum haeretici statim a tempore commissi delicti teneantur in foro conscientiae tradere omnia bona sua fisco ante latam sententiam. Disputatio quarta (f. 246v).

De aliis poenis haereticorum. Disputatio quinta (f. 256v).

De denunciatione. Disputatio sexta (f. 263r).

**Quaestio duodecima.**

Art. 1 et 2. De apostasia ab ordine. Disputatio prima (f. 267v).

De apostasia a religione. Disputatio secunda (f. 268r).

Quaestio decima tertia. De blasphemia. Disputatio unica (f. 269r).

Quaestio decima quarta. De peccato in Spiritum Sanctum (f. 272v).

Quaestio decima quinta. De caecitate mentis et hebetudine (f. 274r).

Quaestio decima sexta. De praeceptis fidei, scientiae et intellectus (f. 275r).

Lo que a continuación publicamos es una mínima parte, como es fácil comprobar. Esperamos poder continuar la publicación en años sucesivos.

Creemos que este tratado sobre la fe de Luis de Molina es de gran valor, no sólo por el testimonio del mismo Molina<sup>12</sup>, y por el valor histórico que supone el conocer mejor la Teología del siglo XVI, ya que es un excelente resumen de las doctrinas y controversias de este tiempo, sino también para poder seguir y completar la trayectoria del pensamiento de Molina y el cambio que se operó en su teoría del progreso dogmático<sup>13</sup>. La claridad y precisión de sus conceptos, su erudición, el análisis de las opiniones ajenas, la crítica de los argumentos contrarios y la solidez de sus pruebas, hacen de este tratado uno de los mejores de su tiempo y de toda la historia de la teología.

En cuanto a la edición, según acostumbramos, hemos procurado respetar el texto, único que conservamos de estas explicaciones suyas de clase. Hemos corregidos, a veces, la puntuación; las otras correcciones las hemos anotado en sus lugares correspondientes.

Agradezco la ayuda y colaboración del P. Manuel Ramírez, S. I., en la lectura y preparación para la imprenta de estas lecciones de Molina.

12. «La lectura destas tres virtudes theologales hazen un cuerpo quasi como los comentarios de la primera parte, porque los años fueron ya de lectura de hora y media cada dia. Son tambien muy estimados estos dictados. Y creo que en su proportion no se hallaran inferiores a la primera parte.» En la carta citada en la nota 4: Cf. STEGMÜLLER, o. c., p. 551, 40-552, 4.

13. Cf. C. Pozo, S. I., *La teoría del progreso dogmático en Luis de Molina*, en ArchTeolGran 24 (1961) 5-13, con un interesante Apéndice documental en las pp. 14-32.

## T E X T O

**Annotationes in Secundan Secundae Divi Thomae  
a Doctore Ludovico Molina Dictatae.**

Disputatum est Prima Secundae de actibus humanis, virtutibus et vitiis in generali et aliis quae ad materiam moralem in universalis spectabant. Nunc vero, convenientissimo ordine, in hac Secunda Secundae tradit D. Thomas materiam moralem in particulari. Et primo, usque ad quaestionem 171 disputat de virtutibus et vitiis in particulari. Deinde vero in reliquo huius operis disputat de his quae pertinent ad varios status hominum. In tradendis vero virtutibus hoc ordine progreditur: ut primo disputet de tribus Theologalibus; deinde vero de quatuor Cardinalibus ad quas caeterae morales reducuntur. In tradendo autem unaquaque harum virtutum hunc ordinem servat: ut prius disputet de ipsa virtute; secundo, de dono aut donis quae ei respondent, ubi simul texit disputationem virtutum intellectualium. Tertio, de vitio aut vitiis oppositis. Quarto, de praceptis quae sunt circa talem virtutem. Et quinto, de virtutibus, si quae sunt, quae ad talem virtutem revocentur et de vitiis oppositis.

Primo ergo loco disputat de fide, quae est caeterarum theologalium virtutum fundamentum.

**De variis acceptationibus fidei et in qua acceptione  
hoc loco usurpetur.**

**Disputatio prima.**

Variae sunt vocabuli «fides» significaciones, quarum cognitio non parum conducit ad intelligentiam Scripturarum. Primo ergo fides, ut auctor est Tullius 1º libro Officiorum<sup>1</sup>, est dictorum con-

1. CICERÓN, *De Officiis*, lib. I vii 23 (Ed. Loeb Classical Library Ltd., Cambridge, Mass. 1968, p. 24): «Fundamentum autem est iustitiae fides, id est dictorum convertorumque constantia et veritas. Ex quo, quamquam hoc videbitur fortasse cuiquam durius, tamen audeamus imitari Stoicos, qui studiose exquirunt, unde verba sint ducta, credamusque, quia fiat, quod dictum est, appellatam fidem».

ventorumque constantia et veritas; atque, ut ibi ait, dicitur a fio et dico, quasi fiat quod dicitur, estque fundamentum [1v] iustitiae. Iuxta hanc autem explicationem non unum quid, sed duo, meo iudicio tenui, vocabulo fidei videntur posse significari: alterum est constantia atque fidelitas in factis iuxta ea quae dicta, promissa aut constituta sunt, quae in eo posita est quod quis facto non discrepet ab eo quod dictum, promissum aut constitutum est, sed suo tempore id impleat; alterum vero est ipsamet veritas dicti, promissionis aut conventi, quae et ex animo implendi pendent, quo tempore contractus aut promissio fit, et ex impletione ipsa suo tempore atque obiecto cui dictum adaequare debet ut sit verum, non tamen est formaliter in re acta aut in eo quod res dicta non discrepet ab actu scilicet in dicto<sup>a</sup> ipso, promissione aut contractu cui est adaequatum obiectum. Itaque inter utrumque significatum hoc interest: quod primum tenet se ex parte obiecti dicti; secundum vero est formaliter in dicto ipso. Fides (ut ait Cicero)<sup>2</sup> in secunda significatione idem est quod veritas; et ab ea sermo dicitur fidelis, id est, verus iuxta illud 1 ad Tim 1<sup>o</sup><sup>3</sup>: Fidelis sermo, id est, verus, et omni acceptione dignus quia Christus Iesus venit in hunc mundum, etc. Et iterum 1 ad Timot 3<sup>4</sup>: Fidelis sermo, id est, verus: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Et Apoc 1 et 3<sup>5</sup> de Christo quod sit testis fidelis, id est, verus. Et Hieremiae 7<sup>6</sup> Periit fides, id est, veritas et ablata est de ore eorum. In prima vero significatione videtur sumi fides quando Gen. 44<sup>7</sup> Judas de Beniamin dixit ad Joseph: in meam hanc recepi fidem et spopondi nisi reduxero eum peccati reus ero. Ipsum enim teneri ad eum reducendum ut impleret sponzionem, appellat suam fidem, in quam dixit eum recepisce per hoc quod id spopondit. Et haec plane usurpatio fidei pro fidelitate et constantia, quam quis servare [2r] debet in factis ut respondeant dictis, frequens

a. Ms: dictu

2. Ib., ib.

3. 1 Tim 1, 15: Fidelis sermo, et omni acceptione dignus: quod Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum:

4. 1 Tim 3, 1: Fidelis sermo: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

5. Ap 1, 5; 3, 14.

6. Jr 7, 28: ...periit fides, et ablata est de ore eorum.

7. Gn 44, 32: Ego proprio servus tuus sim qui in meam hunc recepi fidem, et spopondi dicens: Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore.

est apud Latinos. Illud Ecclesiastes 5<sup>8</sup>: Si quid vovisti ne moreris reddere; displicet enim Deo infidelis et stulta promissio, videtur exponendum de infidelitate ut opponitur fidei in secunda significazione pro veritate dictorum, et non in prima. Sensus enim videtur esse: Displicet Deo promissio infidelis, id est, in qua non servatur veritas ex eo quod factum non respondeat dicto et promissioni. Illud etiam ad Rom 3<sup>9</sup>: Quid enim si quidam eorum (iudeorum scilicet) non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei (id est, fidelitatem Dei in promissione sua) evacuavit? Absit. Commodius exponetur de fide Dei pro veritate promissionis quam servavit dum opere complevit quod promisit non obstante incredulitate Iudeorum ad quos praecipue promissio facta est de fidelitate et constantia in adimplendo quod promiserat, licet utroque modo possit exponi. Unde sensus est: Nunquid incredulitas eorum fidem Dei, id est, veritatem promissionis divinae, evacuavit? Absit. Post enim subiungit Paulus: Deus verax, etc.

Duas hactenus acceptiones fidei promiscue explicavimus: primam, pro fidelitate et constantia in factis ut respondeant dictis; et secundam pro veritate dictorum. Circa eas solum superest advertamus ab utraque significazione non solum nos dici fideles proximis et Deo dum quod promisimus implemus, sed etiam Deum dici fidelem nobis. Quod Augustinus adnotavit De spiritu et littera, cap. 31<sup>10</sup>, ut inferius videbimus. Unde Paulus 2 Tim 2<sup>11</sup> de Deo loquens ait: Ille fidelis est in promissis, scilicet, suis; negare se ipsum non potest.

Tertio modo sumitur fides pro sponsione iureiurando aut re alia qua astringitur. Fides in prima significazione quasi nomen [2v] fidei translatum sit ad significandum id quo fides astringitur. In hac significazione latine fides publica id dicitur quod hispane appellamus **salvoconducto**, quod eo auctoritate publica securitas promittatur. In eadem significazione Virgilius 8 Aeneidos<sup>12</sup>: Accipe

8. Ecl 5, 3: Si quid vovisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis et stulta promissio. Sed quodcumque voveris, redde.

9. Rom 3, 3s: Quid enim si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei evacuabit? Absit. Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut scriptum est: ...

10. Cf. nota 26.

11. 2 Tim 2, 13: Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest.

12. P. VERGILI MARONIS, *Aeneidos*, VIII, 150 (Ed. R. A. B. Maynors, Oxford 1969, p. 286.)

daque fidem, id est, promitto et tu vicissim promitte. In eadem significatione videtur Paulus sumpsisse fidem 1 Tim 5<sup>13</sup> dum dixit: Adolescentiores viduas devita. Cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt, id est, votum castitatis, quo dum viduae essent, se astrinxerunt, violaverunt. De fide in eadem significatione potest etiam exponi illud ad Rom 3<sup>14</sup> supra citatum: Numquid incredulitas eorum fidem Dei, id est, promissionem divinam evacuavit? Et forte illud Judae Genes 44<sup>b</sup>, supra etiam citatum<sup>15</sup>.

4º sumitur fides pro fidelitate et integritate qua quis servare debet in suo munere aut opera iuxta statuta et leges aut id quod pro tunc postulat recta ratio. Ita sumitur fides Esther 6<sup>16</sup>, quando de Mardochaeo qui detexerat insidias eunucorum, dixit Asuerus quod dicitur hac fide, scilicet, de fidelitate in faciendo quod decebat optimum subditum erga regem suum honoris aut proemii consecutus est Mardochaeus. Et Esther 16<sup>c</sup><sup>17</sup> quando de eodem Mardochaeo inquit Asuerus: Cuius fide et beneficis viximus. Eodem modo videtur sumi Ps 32<sup>18</sup> cum dicitur: Rectum est verbum Domini et omnia opera eius in fide, scilicet, ut decet ac postulat recta ratio. Et 2 ad Tim 4<sup>d</sup><sup>19</sup> cum Paulus inquit: Cursum consummavi, fidem servavi. A fide ita sumpta dicitur servus fidelis qui exequitur omnia ut postulat suum munus. Et quivis alius dicitur fidelis quando non transgreditur leges et id quod postulat suum munus.

5º sumitur fides pro conscientia. Ita sumitur a Paulo ad Rom 14<sup>e</sup><sup>20</sup> quando inquit: Omne quod non est ex fide, [f. 3r] id est, iuxta

b. Ms : 34

c. Ms : 6

13. 1 Tim 5, 11s: Adolescentiores autem viduas devita: Cum enim luxuriatae fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.

14. Cf. nota 9.

15. Cf. nota 7.

16. Est 6, 3: Quod cum audisset rex, ait: Quid pro hac fide honoris ac praemii Mardochaeus consecutus est?

17. Est 16, 13: Nam Mardochaeum, cuius fide et beneficiis vivimus, ...

18. Sal 32, 4: Quia rectum est verbum Domini, et omnia opera eius in fide.

19. 2 Tim 4, 7: Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi.

20. Rom 14, 23: ...Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est.

dictamen conscientiae seu iuxta id quod conscientia iudicat faciendum esse aut non esse faciendum, peccatum est. Eodem modo sumitur a Theologis et Iurisperitis quando dicunt aliquem esse bonae fidei possessorem aut malae fidei possessorem. Is enim bona fide possidere dicitur qui possidet rem quam credit esse suam; is vero mala qui possidet rem quam scit non esse suam aut certe dubitat. Ubi fides pro existimatione conscientiae sumitur.

6º sumitur fides pro credulitate, persuasione atque assensu quo aliquam rem nobis persuademus eique assentimus. Et in ea significatione usi sunt vocabulo fidei non solum Lactantius, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus aliique scriptores ecclesiastici, sed etiam autores profani inter quos floruit lingua latina, quidquid Lutherani dicant. Livius enim libro 1º<sup>21</sup> ait: Haec Romulo regnante militiae domique gesta, quorum nihil absonum fidei-divinae originis divinitatisque post mortem creditae sunt. Vergilius 4º Aeneidos<sup>22</sup>: Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum. Cicero in Officiis<sup>23</sup>: Iis fidem habemus quos plus intelligere quam nos, arbitramur. Et 2º De divinatione<sup>24</sup>: Adhibenda fides somniantium vis is non est. Et fidem adhibere alicui pro eo quod est credere, frequens est inter Latinos. Unde virum fide dignum appellamus qui dignus est cui credatur. Iuxta hanc significationem fidei, credulitas, persuasio atque assensus propter autoritatem dicentis appellatur fides. Et dividitur in humanam quae est propter autoritatem humanam et in eam quae innititur autoritati divinae Deique revelantis. Quae rursus potest subdividi in infusam, quae per se innititur autoritati divinae, et in acquisitam quae per accidens eidem autoritati innititur, qualis est fides quae [f. 3v] est in lutherano de articulo Trinitatis circa quem non errat. Hoc ergo loco solum est sermo de fide infusa, in hac ultima acceptione quae per se innititur autoritati divinae, et est una ex tribus virtutibus.

21. TITI LIVI, *Ab Urbe condita*, I 15 6 (Ed. R. S. Conway-C. F. Walters, Oxford 1946, t. 1): «Haec ferme Romulo regnante domi militiaeque gesta, quorum nihil absonum fidei diuinique originis diuinitatisque post mortem creditae fuit, non animus in regno aiuto recuperando [l. v.: recuperando], non condendae urbis consilium, non bello ac pace firmandae».

22. P. VIRGILI MARONIS, *Aeneidos*, IV, 12 (Ed. c., p. 176).

23. M. TULLII CICERONIS, *De Officiis*, lib. II ix 33 (Ed. c., pp. 200-202).

24. M. TULLII CICERONIS, *De Divinatione*, lib. II lix 122: «...Quod si insanorum visis fides non est habenda, quia falsa sunt; cur credatur somniantium visis, quae multo etiam perturbatoria sunt, non intelligo».

tibus theologalibus, quas enumerat Paulus 1 Cor 13<sup>25</sup> distincta ab spe et charitate, ut ibi aperte docet Paulus. Erit vero sermo in sequentibus non solum de actu, qui assensus quidam est certus et inevidens suapte natura supernaturalis, sed etiam de habitu, qui est qualitas supernaturalis a Deo infusa inclinans ad huiusmodi actum de fide. In hac significatione frequens est admodum sermo in Scriptura sacra atque haec est a qua denominamur fideles. Unde Augustinus comparans fidem in hac significatione cum d<sup>a</sup> fide pro dictorum coniunctorumque constantia et veritate, ita inquit in *De spiritu et littera*, cap. 31<sup>26</sup>: De hac fide nunc loquimur, quam adhibemus, cum aliquid credimus, non quam damus, cum aliquid pollicemur; nam et ipsa dicitur fides. Sed aliter dicimus: Non mihi habuit fidem, aliter autem: Non mihi servavit fidem. Nam illud est: Non credidit quod dixi; hoc: Non fecit quod dixit. Secundum hanc fidem, qua credimus, fideles sumus Deo; secundum illam vero, qua fit quod promittitur, etiam Deus ipse fidelis est nobis. Hactenus Augustinus.

7º sumitur fides pro obiecto fidei in acceptione proxime explicata, hoc est, pro rebus ipsis credendis; quemadmodum etiam spes sumitur a Paulo pro obiecto spei ad Titum 2<sup>27</sup> quando inquit: Expectantes beatam spem. Ita sumitur fides ad Gal 3<sup>28</sup> quando Paulus inquit: Priusquam veniret fides (id est, lex evangelica quam fide tenemus et mysteria ipsius quae revelanda erant) sub lege veteri, scilicet, custodiebamur conclusi in eam fidem quae revelanda erat. Et Athanasius in *Symbolo*<sup>29</sup>: Haec est fides catholica quam nisi quisque fideliter [f. 4r] firmiterque crediderit salvus esse non potest; id est: haec sunt credenda fide catholica quae nisi quisque crediderit, salvus esse non potest.

8º sumitur fides pro fiducia. Quia enim fiducia (ut videbimus) a fide et credulitate ortum habet, quemadmodum nomen fiduciae

d. Ms: pro

25. 1 Cor 13, 13: Nunc autem manent, fides, spes, charitas: tria haec. Major autem horum est charitas.

26. S. AURELI AUGUSTINI: *De spiritu et littera*, cap. 31, 54 (C. S. E. L., 60, página 210s.).

27. Tit 2, 13.

28. Gal 3, 23: Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quae revelanda erat.

29. Cf. DENZINGER-SCHÖMETZER<sup>34</sup>, Roma 1967, 76.

a fide (ut D. Thomas ait inferius q. 129, a. 6) videtur derivatum, ita nomen fidei translatum est ad fiduciam significandam. In hac significatione sumitur fides a Cicerone in *Oratione pro Ligario*<sup>30</sup>, quando inquit: Eius ergo causam advertite, quaeso, qua fide, id est, fiducia defendam cum perdo meam. In eadem sumitur Iacobi primo<sup>31</sup> cum dicitur: Postulet autem in fide, id est, cum fiducia divinae bonitatis et liberalitatis. Et Marci 10<sup>e</sup><sup>32</sup>: Omnia quaecumque orantes petitis credite, id est, confidite quia accipietis et advenient vobis; si, scilicet, adsint aliae circumstantiae ad effectum orationis assequendum. Nec enim Scriptura admonet illis in locis ut petentes credant certitudine fidei catholicae se assecuturos quod petunt, sed ut confidant divina bonitate se obtenturos. Iuxta hanc acceptio[n]em fidei credere sumitur etiam ut est idem quod confidere. De Christo enim ait Ioannes<sup>33</sup>: Non credebat se ipsum eis. Porro fiducia (ut D. Thomas loco citato ait) non est aliud quam roborata spes alicuius rei, quae ortum habet ex vehementi credulitate. Est tamen per prius actus voluntatis. Et Tullius<sup>34</sup> diffiniens confidentiam inquit: Est certa, id est, firma spes animi perducendi ad finem rem inchoatam. Et Seneca, *Epistula 16 ad Lucillum*<sup>35</sup>, ait: Dicam sententiam quod iam de te spem habeam, nondum fiduciam. Ex quibus constat fiduciam esse non qualemcumque spem, sed roboretur et firmam. Quia enim Seneca de Lucillo solum habebat spem non satis firmam, dicit se de eo habere spem, sed nondum fiduciam. Ad fiduciam itaque firmitas in cre [f. 4v] dulitate intellectus obtinendi rem speratam requiritur. Quare ubi fluctuat et dubitat intellectus non potest esse firmitas et robur spei in voluntate. Non tamen sufficit firmitas in credulitate intellectus, sed requiritur etiam influxus et conatus voluntatis cuius fiduciae est per prius actus. Si enim adsit pusillanimitas aut tepiditas ex parte voluntatis, quamvis adsit credulitas non erit fiducia; atque hinc est quod

---

e. Ms : 10

30. M. TULLII CICERONIS, *Pro Q. Ligario ad Caesarem Oratio*, II, 6: «...cuius ego causam, animadverte, quaeso, qua fide defendam, quum prodo meam».

31. Sant 1, 6: Postulet autem in fide nihil haesitans: ...

32. Mc 11, 24: Propterea dico vobis, omnia quaecumque orantes petitis, credite quia accipietis, et evenient vobis.

33. Jn 2, 24.

34. No he podido verificar esta cita.

35. L. ANNAEI SENECAE: *Ad Lucilium Epistolae*, XVI (Ed. Lipsiae 1770, página 459).

fidem interdum comitetur fiducia, id est, roborata spes in Deo quod fiet aliquid, et interdum non. Quando ergo fidem comitatur fiducia quae omnem timorem et mutationem excludit ex parte voluntatis et adiumento est quod magis firmetur intellectus, fides dicitur magna. Et ea est quam comitatur et cui tribuit Christus Dominus donum miraculorum, dicens Matt 17<sup>36</sup>: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, hoc est plenam fiduciam ac proinde vivacem, dicetis monti huic: Transi hinc illuc et transibit. Et Lucae 17<sup>37</sup>: Dicetis huic arbori: Move, eradicare et transplantare in mare et obediet vobis. Dicitur vero huiusmodi fides magna, tum quia fiducia illa esse non potest sine credulitate maxima et firmitate intellectus ex parte credentis, tum etiam quia tunc fides habet comitem quem nata est gignere et quae quasi sui iure videtur postulare ut sit perfecta intra limites fidei, quandoquidem fiducia voluntatis non parum adiuvat ut firmetur intellectus. Quando vero fidem non comitatur fiducia, dicitur fides modica et imperfecta; atque ita Christus, Mattheo 8<sup>38</sup>, dixit ad discipulos: Quid timidi estis modicae fidei. Et cap. 14<sup>39</sup> ad Petrum qui orto valido vento timuit et coepit mergi, dixit: Modicae fidei, quare dubitasti?

Duo hic advertam. Alterum est fidem cum huiusmodi comite posse esse sine charitate et gratia ac proinde cum peccato mortali, ut aperte innuit Paulus 1 ad Cor 13<sup>40</sup> dicens: Si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum. Idem docet Christus, Matth. 7<sup>41</sup> dicens: Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine, id est, qui confitetur me per fidem, intrabit in regnum coelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, servando, scilicet, mandata. Et addit: Multi dicent in illa die iudicii, scilicet: Nonne in nomine tuo daemonia eieciimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam novi vos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.

36. Mt 17, 19: Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc illuc, et transibit, et nihil impossibile erit vobis.

37. Lc 17, 6: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, et transplantare in mare: et obediet vobis.

38. Mt 8, 26.

39. Mt 14, 31.

40. 1 Cor 13, 2: ...et si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

41. Mt 7, 21 y 22.

Alterum quod advertam est: fidem secundum se esse virtutem theologalem; at vero quando habet adiunctum huiusmodi comitem per peculiarem influxum Dei et assistentiam Spiritus Sancti influentis illum in voluntatem et roborantis fidem ratione horum quae superadduntur fidei, videri computari inter gratias gratis datas a Paulo 1 ad Cor 12<sup>42</sup> quando inquit: Alteri fides in eodem Spiritu, alii gratia sanitatum, etc. Itaque fides virtus theologalis est in omnibus fidelibus<sup>43</sup>, fides vero gratia gratis data est solum in illis in quibus est ille comes et illum robur fidei per peculiarem assistentiam et influxum Spiritus Sancti, solumque distinguitur a fide virtute theologali, ratione horum quae superadduntur per influxum Spiritus Sancti.

Hae sunt fere acceptiones fidei. Sotus, 2º De natura et gratia, cap. 6<sup>44</sup>, et Orantius 1º libro De locis, cap. 65<sup>45</sup>, contendunt non esse plures acceptiones fidei quam pro veritate et constantia dictorum et conventorum, et pro credulitate atque assensu quo alicui rei fidem adhibemus. Sed testimonia citata clare ostendunt plures alias esse acceptiones. Et nobiscum consentiunt Castrus, Adversus Haereses, verbo Fides, Haeresis 2<sup>46</sup>; Vega, De fide et iustificatione, q. 1<sup>47</sup>; Pygius in Controversiis Ratisponensibus, controversia 2<sup>a</sup><sup>48</sup>; et plures alii.

---

f. Ms : fidelis

42. 1 Cor 12, 9.

43. FR. DOMINICI SOTO, O.P.: *De natura et gratia*, libri tres, Salamanca 1554, lib. 2, cap. 6, ff. 111v-116r.

44. FRANCISCUS HORANTII, O. F. M., *Locorum catholicorum tum sacrae Scripturae, tum etiam antiquorum Patrum pro orthodoxa et vetere fide ratinenda*, libri septem, Venecia 1564, lib. 1, cap. 65, f. 45v-46v.

45. ALFONSI DE CASTRO, O. F. M.: *Adversus omnes haereses*, libri quatuordecim, Venecia 1546, lib. 7, Fides, Haeresis 2<sup>a</sup>, pp. 733-747.

46. ANDRAEAS VEGA: *Opusculum, non solum de iustificatione, sed etiam de gratia, fide, operibus et meritis, egregie tractans quaestiones quindecim, ac primum de fide iustificante*. (Editado con: *De iustificatione Doctrina universalis*, libris XV, absolute tradita, Colonia 1572), q. 1, pp. 723-727.

47. ALBERTUS PIGHIUS, *Controversiarum praecipuarum in comitiis Ratisponensibus tractatarum, et quibus nunc potissimum exagitatur Christi fides et religio, diligens, et luculenta explicatio*, controv. 2<sup>a</sup>: *De fide, operibus et iustificatione hominis*, Paris 1542, f. 39r-40v.

**Confutatio distinctionis fidei qua utuntur Lutherani.**  
**Disputatio secunda.**

[f. 5v] Lutherus et sui sequaces triplicem fidem distinguunt (et loquuntur de fide supernaturali) scilicet, fidem historiae qua quis credit ea quae narrantur in Novo et Veteri Testamento; fidem promissionis, qua quis non solum credit, sed fudit promissionibus Dei esse remissionem peccatorum; et fidem miraculorum. Et tunc, inquiunt, tam fidem historiae quam miraculorum posse esse cum peccato mortali et sine gratia; at vero fidem promissionis pro fiducia qua certo, certitudine fidei catholicae, quis credit et confidit sibi in particulari de facto remitti sua peccata gratis per Christum absque ulla conditione hoc ipso quod ita credit esse id quo iustificamur et quo ex parte nostra gratis apprehendimus gratiam et misericordiam Dei esse remissionem peccatorum. Unde inferunt huiusmodi fidem esse non posse sine gratia et charitate. Et addunt peccatum esse infidelitatis contra huiusmodi fidem dubitare quemquam utrum de facto sint sibi remissa sua peccata, sicut peccatum est infidelitatis contra fidem historiae dubitare utrum quae continentur in Scriptura Sacra vera sint. Hanc solam fidem affirmavit Lutherus sufficere ad salutem et vitam aeternam consequendam. Unde excludit necessitatem bonorum operum, paenitentiae et observantiae mandatorum ad vitam aeternam consequendam, affirmans nulla opera quantumcumque prava (propter infidelitatem) officere posse atque damnare retinentem huiusmodi fidem. Vide, inter alios Sotum, 2º De natura et gratia, cap. 5<sup>o</sup>, si ampliorem horum errorum desideras explicationem.

Hoc loco non est nobis animus impugnare errores qui hic continentur atque consequuntur ex dictis Lutheri, cum ad materiam de iustificatione pertineat ostendere non sola fide nos iustificari et ad alias materias pertineat errores alios impugnare. Solum ergo dicemus quae inserviunt ad distinctionem illam fidei impugnandam quae certe ut ante Lutherum fuit inaudita, ita non est aliud quam novum figmentum excogitatum ad respondendum Scripturae quae manifeste affirmat nec ex sola fide nos iustificari nec [f. 6r] solam fidem sufficere ad vitam aeternam consequendam; cui tamen scripturae nec sic possunt Lutheranis satisfacere. Fides ergo cui Scriptura Sacra aliquando tribuit iustificationem

nostram, non quidem tanquam dispositioni, quam solam Deus exigat a nobis, ut Lutherani contra apertissima loca Scripturae affirmant, sed tanquam fundamento earum dispositionum quas Deus exigat a nobis, ut gratis, hoc est, sine nostris meritis nos iustificet meritis Christi, quem proposuit propitiationem per fidem in sanguine ipsius, certe non est alia quam illa infusa de qua loquuti sumus disputatione praecedenti qua assentimur revelatis a Deo quaeque est una e tribus virtutibus theologalibus contradivisa ab spe et charitate, ut aperte docet Paulus 1 Cor 13<sup>49</sup> dicens: Nunc manent, fides, spes et charitas: tria haec. Maior autem horum est charitas. Et haec semper fuit concors sententia Sanctorum Patrum. Lutherani vero in illa sua fide pro fiducia spem etiam includere videntur.

Hoc ergo loco impugnanda nobis est acceptio illa fidei pro fiducia Lutheranorum qua dicunt nos iustificari et quam affirmant sufficere ad vitam aeternam consequendam; ea enim impugnata, corruet ipsorum distinctio. Ut vero intelligas in quo Lutherani a veritate fidei catholicae devient, adverte neminem catholicorum dubitare promissiones circa remissionem peccatorum et consecutionem vitae aeternae quae continentur in Scriptura Sacra, eo modo quo in ea continentur et sub illis conditionibus sub quibus sunt, certissimas esse certitudine fidei catholicae, cui non potest subesse falsum. Praeterea, neminem dubitare confidentiam nostram circa remissionem peccatorum et vitam aeternam consequendam praecipue collocandam esse in Deo quatenus Deus est, cuius est proprium gratiam et gloriam conferre atque auxilia supernatura quibus iustificamur et perducimur in vitam aeternam. Spem etiam collocandam esse in Christo redemptore nostro, tanquam in mediatore, cuius meritis haec omnia nobis obveniunt. [f. 6v] Per hunc enim accessum<sup>g</sup> habemus ad Patrem, nec est in aliquo alio salus. Ob id Paulus ad Eph 3<sup>50</sup> inquit: In eo habemus fiduciam et accessum in confidentia per fidem eius. Quia tamen huiusmodi promissiones factae sunt in Scripturis sub certis quibusdam conditionibus, quae pendent a nobis, et quas Deus posuit in manu consilii atque liberi arbitrii nostri adiuti sua gratia (qui enim nos sine nobis creavit, non vult nos, etiam mortuo pro nobis

g. Ms : ascensum

49. 1 Cor 13, 13.

50. Ef 3, 12.

Christo, sine nobis cooperantibus per liberum arbitrium nostrum iustificare et perducere in vitam aeternam), fit ut ratione huiusmodi conditionum a quibus et iustificatio nostra et consecutio vitae aeternae pendet, non possimus certo certitudine fidei catholicae cui non possit subesse falsum scire nobis de facto remissa esse peccata aut post hanc vitam consecuturos esse aeternam (nisi accedat peculiaris aliqua alia revelatio divina) et subinde nec possimus habere infallibilem fiduciam circa haec ipsa, idque propterea quod non possumus certitudine fidei catholicae scire nos eas omnes conditions et quales Deus a nobis exigit, adhibuisse; possimus tamen habere morales atque probabiles coniecturas nos adhibuisse eas omnes conditions. Quae coniecturae quanto maiores et vehementiores fuerint tanto accrescit in nobis magis fiducia nos obtinuisse remissionem peccatorum et spes consequendi in futurum vitam aeternam, certi quod si per nos ipsos non steterit, per clementissimum Deum et merita Christi non stabit, nec deficiente promissiones ipsius.

Porro conditions quas post peccata commissa Deus a nobis exigit in remissionem eorundem peccatorum est paenitentia seu dolor de peccatis propter Deum offensum cum firmo proposito ea iterum non committendi et satisfaciendi iniuriis proximis illatis, si quas forte eis intulimus, ut satis constat ex toto cap. 18 Ezechielis, ubi inter alia, ita habetur: Anima, quae peccaverit, ipsa morietur<sup>51</sup>. Et [f. 7r] connumerat inter peccata non solum cultum idolorum, sed etiam peccata contra caetera praecepta. Et addit<sup>52</sup>: Si autem impius egerit paenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae operatus est, et custodierit omnia praecepta mea, vita vivet et non morietur, omniumque iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor. Matthaei 3<sup>53</sup> praecursor Christi ait: Paenitentiam agite, appropinquabit regnum coelorum. Et inferius, ad phariseos<sup>54</sup>: Facite fructum paenitentiae. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Matthaei 4<sup>55</sup> Christus Dominus ita exorsus est suam concionem: Paenitentiam agite (et ut Marci 1º<sup>56</sup> habetur addidit: Et credite Evangelio), appropinquavit regnum

51. Ez 18, 4.

52. Ez 18, 21s.

53. Mt 3, 2: Poenitentiam agite: appropinquavit enim regnum caelorum.

54. Mt 3, 8 y 10.

55. Mt 4, 17.

56. Mc 1, 4.

coelorum. Matthaei 9<sup>57</sup>: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad paenitentiam. Et publicanus qui non audebat oculos ad coelos levare, sed percutiebat pectus suum dicens<sup>58</sup>: Deus, propitius esto mihi peccatori, paenitentia iustificatus est et obtinuit veniam suorum delictorum. Maria etiam Magdalena et Petrus, flendo, veniam obtinuerunt. Matthaei 11<sup>59</sup> exprobavit Christus civitatibus illis in quibus virtutes fecerat, quod non egissent paenitentiam, dicens: Vae tibi Corozaim, etc. Lucae 15<sup>60</sup>: Gaudium erit in coelo super uno peccatore paenitentiam agente, quam super nonaginta novem iustis qui non indigent paenitentia. Et ibidem, filius prodigus paenitendo et confitendo coram Patre peccata sua, obtinuit veniam. Lucae 24<sup>h 61</sup>: Oportebat Christum pati et resurgere a mortuis et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes. Actorum 2<sup>62</sup>: Paenitentiam agite et baptizetur unusquisque vestrum. Si ut delerentur peccata per baptismum, exigebat Petrus non solum fidem sed paenitentiam, quanto magis ut deleantur post baptismum? Et Actorum 5<sup>63</sup>: Hunc Iesum, scilicet, principem et salvatorem, Deus exaltavit dextera sua ad dandam paenitentiam Israeli et remissionem peccatorum. [f. 7v] Et Actorum 8<sup>64</sup>: Paenitentiam age ab hac nequitia tua et roga Deum si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui. Actorum 11<sup>65</sup>: Cum narrasset Petrus quae acciderant circa Cornelium, glorificaverunt Deum dicentes: Ergo et gentibus paenitentiam dedit Deus ad vitam. Actorum 17<sup>66</sup> inquit Paulus: Tempora huius ignorantiae despiciens Deus nunc anuntiat hominibus ut omnes ubique paenitentiam agant eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem. Actorum 20<sup>67</sup> testificant in Iudeis atque gentibus in Deum paenitentiam et fidem in Dominum nostrum Iesum Christum. Actorum 26<sup>68</sup> in omnem regionem Iudeae et

---

h. Ms : 14

57. Mt 9, 13: Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

58. Lc 18, 13.

59. Mt 11, 21.

60. Lc 15, 7.

61. Cf. Lc 24, 26.

62. Hch 2, 38.

63. Hch 5, 31.

64. Hch 8, 22.

65. Hch 11, 18.

66. Hch 17, 30.

67. Hch 20, 21.

68. Hch 26, 20.

gentibus annuntiabam<sup>1</sup> ut paenitentiam agerent et converterentur ad Deum digna paenitentiae opera facientes. 2 Cor 12<sup>69</sup>: Ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos et lugeam multos ex his qui ante peccaverunt et non egerunt paenitentiam super immunditia et fornicatione et impudicitia quam gesserunt. 2 Petri 3<sup>o</sup><sup>70</sup>: Non tardat Dominus, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad paenitentiam reverti. Sap 11<sup>71</sup>: Dissimulas peccata hominum propter paenitentiam. Mitto pleraque alia testimonia Novi et Veteris Testamenti maxime cum hic non sit proprius locus haec disputandi.

Conditio vero quam Deus a nobis exigit post remissa peccata ad perseverandum in gratia et consequendam vitam aeternam est oboedientia et observatio mandatorum. Sine hac enim tam apertum est in Scripturis Sacris neminem posse consequi vitam aeternam, ut plusquam in luce meridiana caecutire velle videant qui dicunt solam fidem aut fiduciam sufficere ad vitam aeternam consequendam sine observantia mandatorum, mirumque sit aliquem aliquando evolvisse Scripturas et in talem errorem voluisse incidere. Matthaei 7<sup>72</sup> ita habetur: [f. 8r] Omnis arbor quae non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Non omnis qui dicit mihi: Domine, Domine intrabit in regnum coelorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, ipse intrabit in regnum coelorum. Multi dicent mihi in illa die: Nonne in nomine tuo daemonia eieimus et virtutes multas fecimus? Et confitebor illis: quia nunquam novi vos. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem<sup>73</sup>. Et alibi<sup>74</sup>: Omnis ergo qui audit verba mea haec et facit ea, assimilabitur viro sapienti etc. Et omnis qui audit verba mea haec et non facit ea, similis erit viro stulto, etc. Matthaei 19<sup>75</sup> cum interrogasset quidam: quid faciam ut habeam vitam aeternam? Respondit Christus: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Non homicidium facies, non adulterabis, etc. Et cum dixisset adolescens: Omnia haec custodivi a iuventute mea; quid adhuc mihi deest?

---

i. Ms: annuntiabant

69. 2 Cor 12, 21.

70. 2 Pe 3, 9.

71. Sab 11, 24.

72. Mt 7, 19.

73. Mt 7, 21ss.

74. Mt 7, 24, 26.

75. Mt 19, 16ss. 20, 21.

respondit Christus: Si vis perfectus esse, vade, vende universa quae habes, etc. quasi diceret: ad vitam aeternam consequendam, hoc sufficit; sed si perfectionem amplecti desideras, hoc aliud fac. Matthaei 25<sup>j 76</sup> inutilem servum qui abscondit talentum et non est negotiatus cum illo, iussit eici in tenebras exteriores. Et ibidem<sup>k 77</sup> iis qui in die iudicii erunt a sinistris, dicit se dicturum: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, quia esurivi<sup>k</sup> et non dedistis mihi manducare, sitivi etc., id est, non implevistis praecipuum eleemosynae et charitatis erga proximos. Ad Romanos 2<sup>o 78</sup>: Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Ad Romanos 8<sup>79</sup>: Si secundum carnem vixeritis, morienni. Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Et ob id de se ipso inquit Paulus primae ad Corinthios 9<sup>80</sup>: Castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte cum aliis praedicatorum [f. 8v] ipse reprobis efficiar. Quod si sola fides atque fiducia ad vitam aeternam consequendam sufficeret sine observantia legis, plane non esset quod Paulus ita timeret reprobari. Primae ad Corinthios 6<sup>81</sup>: Paulus cum fidelibus loquens et reprehendens delicta quae erant inter illos, ita inquit: An nescitis quia iniquum regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: nec fornicarii, nec idolis servientes, nec adulteri, nec molles, nec masculorum concubitores, nec fures, nec avari, nec ebriosi, nec maledici, nec rapaces regnum Dei possidebunt. Et ad Galatas 5<sup>82</sup>: Manifesta sunt opera carnis quae sunt fornicatio, immunditia, etc. quae praedico vobis sicut praedixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequuntur. Quibus consentit regius Propheta, Psalmo 10<sup>83</sup> dicens: Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Et rationem reddit dicens: Pluet super peccatores laqueos ignis et sulphur et spiritus procellarum pars calicis eorum, quoniam iustus Dominus et iustitias dilexit, aequitatem videt vultus eius, id est, approbavit; peccata vero approbare non potest, sed punire. Ad Hebreos 5<sup>84</sup> de Christo

j. Ms : 23

k. Ms : esurivit

- 76. Cf. Mt 25, 30.
- 77. Cf. Mt 25, 41.
- 78. Rom 2, 13.
- 79. Rom 8, 13.
- 80. 1 Cor 9, 27.
- 81. 1 Cor 6, 9s.
- 82. Gal 5, 19, 21.
- 83. Sal 10, 6s.
- 84. Cf. Heb 5, 9.

dicitur: Factus est causa salutis aeternae omnibus obtemperans sibi, id est, servantibus legem ipsius atque oboedientibus illi. Iacobi 2<sup>o</sup><sup>85</sup>: Quid proderit si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides salvare eum? Et infra: Fides si non habeat opera, mortua et sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita et fides sine operibus mortua est. Et in eodem capite: Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Et iudicium sine misericordia, ei qui non facit misericordiam. Referta est Scriptura Sacra similibus testimonis quae brevitatis gratia omitto, maxime cum praecipuum institutum nostrum hoc loco non sit probare hanc veritatem fidei.

Conditiones ergo sine quibus Deus non remittit pec [f. 9r] cata praeterita sunt: dolor de peccatis cum proposito ea iterum non committendi, et subinde satisfaciendi iniuriis illatis, et adimplendi totam legem. Et dolor non qualiscumque, sed maximus appretiative atque elevatus per auxilium Dei supernaturale, ut alio loco est videndum. Praeterea conditio sine qua homo non perseverat in gratia nec consequitur vitam aeternam est integra observatio legis. Quare quia certitudine fidei catholicae homo scire non potest se implevisse has conditiones, maxime cum adeo fragilis et imbecillus sit et tam facile possit decipi, fit ut non possit esse certus certitudine fidei catholicae se esse in gratia sibique remissa esse sua peccata; et subinde ut non possit habere circa hoc infallibilem fiduciam, ut et circa beatitudinem consequendam, ipsimet Lutherani tenentur admittere nos non posse habere certitudinem et fiduciam infallibilem dum sumus in hac vita, eo quod promissa nobis sit sub ea conditione, dummodo perseveremus in iustitia usque ad finem vitae. De qua perseverantia non possumus esse certi, nisi Deus peculiariter eam revelet.

Quia ergo fiducia nostra circa remissionem peccatorum, propriam iustificationem et consecutionem vitae aeternae, in Deo et meritis Christi praecipue sit collocanda, pendet tamen ab operibus nostris tanquam a conditionibus statutis a Deo sine quibus illa non consequimur, fit ut ex operibus propriis testimonio conscientiae atque ex amore charitatis et familiaritatis divinae ad quam iusti quandoque admittuntur, accrescat huiusmodi fiducia, ut docent Scripturae, licet nunquam sit infallibilis ubi non adest

---

85. Sant 2, 14. 10. 13: ...illi qui non fecit misericordiam.

peculiaris revelatio divina. Tobiae 4<sup>86</sup> ita habetur: Fiducia magna erit coram summo Deo [f. 9v] eleemosyna omnibus facientibus eam. Primae Ioannis 3<sup>o</sup><sup>87</sup>: Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, et quidquid petierimus, accipiemus ab eo quoniam mandata eius custodimus et ea quae sunt placita coram eo facimus. Hinc est quod Proverbiorum 15<sup>88</sup> dicatur secura mens, id est, conscientia quasi iuge convivium. Et Paulus 2 ad Corinthios 1<sup>o</sup><sup>89</sup>: Gloria nostra haec est: testimonium conscientiae nostrae. Spes etiam, inquit Paulus ad Romanos 5<sup>90</sup>, non confundit, sed magnam praestat fiduciam quando charitas Dei diffusa est in cordibus nostris; ipse enim Spiritus, quando charitas fervet in cordibus nostris et accessum et familiaritatem invenimus apud Deum, testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii, ut habetur ad Romanos 8<sup>91</sup>.

Ex hactenus dictis facile erit intelligere inanem esse fiduciam haereticorum, qua dicunt nos iustificari. Ut vero plenius intelligas quantum aduersetur fidei catholicae, expende, quaeso, loca Scripturae quae sequuntur. Ecclesiastici 5<sup>o</sup><sup>92</sup> ita habetur: De propitiato peccato noli esse sine metu. Quid apertius dici potuit adversus haeresim quam impugnamus? Si enim firma fide infallibilique fiducia teneremus credere de facto esse nobis remissa peccata, quorsum, quaeso, Scriptura admoneret ut de propitiato peccato non essemus sine metu? Ecclesiastici 7<sup>o</sup><sup>93</sup>: Non te iustices ante Deum quoniam agnitor cordis ipse est. Quasi dicat: aliquando nos latet aliquid in corde nostro propter quod iniusti sumus in conspectu eius atque ab eo exosi quod eum minime latet. Non ergo certa fide infallibilique fiducia possumus credere remissa esse nobis de facto peccata nostra. Jeremiae 17<sup>94</sup>: Pravum est cor hominis et incrustabile; quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor. Non ergo quod proprium est Dei superbiter atque inaniter nobis tribuamus, affirmantes nobis certo posse constare nos esse iustos nobisque de facto remissa esse peccata, sed potius cum pro nostra virili parte fece-

86. Tob 4, 12.

87. 1 Jn 3, 21s.

88. Prov 15, 15.

89. 2 Cor 1, 12.

90. Rom 5, 5.

91. Cf. Rom 8, 14.

92. Eccl 5, 5.

93. Eccl 7, 5.

94. Jr 17, 9.

rimus quod in nobis est, dicamus cum regio [f. 10r] Propheta: Delicta quis intelliget? Ab occultis meis munda me, Domine<sup>95</sup>. Primae ad Corinthios 4<sup>96</sup> Paulus de se ipso dicebat: Sed nec me ipsum iudico; nihil enim mihi conscient sum, sed non in hoc iustificatus sum, id est, non propterea scio me esse iustificatum, et ob id non audeo me iudicare hac in parte; qui autem iudicat me, Dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare quoadusque veniamt Dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium. Ecclesiastes 9<sup>97</sup>: Nescit homo utrum odio an amore dignus sit, sed omnia in futurum reservantur incerta. Quid clarius contra hanc certam fidem atque fiduciam haereticorum qua dicunt se esse iustos sibique certo remissa esse peccata? Iob 9<sup>98</sup>: Si venerit ad me, non videbo eum; si abierit, non intelligam. Et rursus: Si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea, et verebar omnia opera mea. Et Proverbiorum 20<sup>99</sup>: Quis potest dicere mundum esse cor meum. Et Proverbiorum 28<sup>100</sup>: Beatus homo qui semper est pavidus. Ad Philippenses 2<sup>101</sup>: Cum timore et tremore salutem vestram operamini.

Propter haec et his similia merito Sancta Tridentina Synodus, sess. 6, cap. 9, ita definivit: Quamvis necessarium sit credere, neque<sup>1</sup> remitti, neque<sup>1</sup> remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis divina misericordia propter Christum: nemini tamen fiduciam et certitudinem remissionis peccatorum suorum iactanti et in ea sola quiescenti peccata dimitti vel dimissa esse dicendum est, cum apud haereticos et schismaticos possit esse, imo nostra tempestate sit et magna contra Ecclesiam catholicam contentione praedicatur vana haec et ab omni pietate remota fiducia. Sed [f. 10v] neque<sup>1</sup> illud asserendum est, oportere eos, qui vere iustificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere se esse iustificatos neminemque a peccatis absolvi ac iustificari, nisi eum, qui certo credit, se absolutum et iustificatum esse, atque hac sola fide absolutionem et iustificationem perfici, quasi qui hoc non

---

1. Ms: nec

95. Sal 18, 13.

96. 1 Cor 4, 3ss.

97. Ecl 9, 1s.

98. Job 9, 11, 21.

99. Prov 20, 9: Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum a peccato?

100. Prov 28, 14.

101. Flp 2, 12: ...cum metu et tremore vestram salutem operamini.

credit de Dei promissis deque mortis et resurrectionis Christi efficacia, dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia<sup>m</sup>, de Christi merito deque sacramentorum virtute et efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum se ipsum suamque propriam infirmitatem et indispositionem respicit, de sua gratia formidare et timere potest, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum<sup>102</sup>. Hactenus Concilium. Vide etiam canones nonum, duodecimum, decimum tertium et decimum quartum eiusdem sessionis, ubi haec ipsa sub anathemate definita sunt.

Si autores circa hactenus dicta tota hac disputatione videre desideras, legas<sup>n</sup> Sotum, 2º De natura et gratia a cap. 5<sup>103</sup>; Hosium<sup>o</sup> Cardinalem, De haeresibus nostri temporis, lib. 1º, prope medium folium 151<sup>104</sup>; Driedonum, De captivitate et redemptione generis humani, tract. 4, cap. 1º, parte ac membro 4<sup>105</sup>; Castrum, Adversus haereses, verbo Fides Haeresis 2ª et verbo Fiducia<sup>106</sup>; Vegam, De fide et iustificatione, q. 1 et 2<sup>107</sup>; Pygium in Controversiis, controversia 2ª<sup>108</sup>; et Horantium<sup>p</sup>, 1º lib. Locorum, maxime a cap. 60<sup>109</sup>.

Obiciet aliquis: Sicut fides est a Deo atque de Deo, ita etiam spes atque fiducia, quae est in viris sanctis; ergo sicut fidei non potest subesse falsum, ita spes et fiducia frustrari non possunt rebus speratis; ergo infallibili fiducia credere et sperare debemus nobis remissa esse peccata nosque consequuturos esse vitam aeternam [f. 11r]. Neganda est tamen prima consequentia, quia fides absolute innititur auctoritate divina tanquam ratione credendi absque alia conditione et ob id ei non potest subesse falsum, quan-

m. Ms: + et

n. Ms: legat

o. Ms: Osium

p. Ms: Orantium

102. 1 Tim 3, 15.

103. SOTO, D., o. c., desde el f. 108r.

104. STANISLAUS Hosius, *Confutatio Prolegomenon Brentii*, Liber primus De haeresibus nostri temporis (Ed. Opera omnia, Venecia 1573), ff. 201r-202v.

105. IOANNES DRIEDO, *De captivitate et redemptione generis humani*, Lovaina 1534, tr. 4, cap. 1, p. 2, membr. 4, pp. 273-279.

106. ALFONSO DE CASTRO, o. c., pp. 733-747.

107. VEGA, o. c., pp. 723-771.

108. ALBERTUS PIGHIUS, o. c. [n. 47], controv. 2ª, f. 37v-38v; especialmente f. 38-39.

109. FRANCISCUS HORANTIUS, o. c., desde el f. 39v.

doquidem Deus nec falli nec mentiri potest (quo fit ut fides catholica virtus sit intellectualis, quae proinde solum respicit bonum intellectus hoc est verum et nullo modo falsum; quemadmodum virtus appetitiva solum respicit bonum voluntatis); at spes et fiducia licet innitantur promissionibus divinis, quia tamen innuntuntur promissionibus non absolutis, sed conditionatis in ordine ad consecutionem rerum sperandarum, fit ut quemadmodum deficere possunt conditiones, quas Deus exigit ex parte nostra et nos circa eas possumus falli, ita etiam spes et fiducia nostra frustrari possint rebus speratis; et subinde ut in spe et fiducia nostra non sit infallibilitas in ordine ad consecutionem rerum speratarum. Vide quae circa solutionem huius difficultatis D. Thomas dicit art. 3 sequenti ad 1.

### **Quaestio prima. Art. 1 et 2.**

**Utrum obiectum fidei sit veritas prima.**

**Disputatio prima.**

Prima parte, quaestione prima, art. 2, explicatum est fidem in hoc differre a nostra Theologia quod fides sit eorum quae formaliter et in se revelata sunt a Deo; Theologia vero sit conclusionum quae ex aliquo aut aliquibus revelatis evidenter deducuntur, ac proinde sit eorum quae virtute in alio aut aliis ex quibus evidenter deducuntur, revelata sunt a Deo. Articulo item 3º et 7º eiusdem quaestionis satis superque diximus de obiecto tam fidei quam theologiae. Quare hoc loco solum summam quandam eorum quae ibi dicta sunt, repetemus, quantum satis erit ad intelligentiam litterae D. Thomae, et ad [f. 11v] maiorem perspicuitatem eorum quae deinceps dicenda sunt.

Sit ergo prima conclusio: Obiectum attributionis formale fidei tanquam id de quo aliquid fide creditur, est Deus qua Deus et non Deus ut revelans et dicens aliquid. Deum ut revealantem et dicentem aliquid appellat hic D. Thomas veritatem primam in dicendo; utroque namque modo Deus est veritas prima et in dicendo et praeterea in cognoscendo et dicendo seu affirmando aliquid. Vide quae diximus 1 p., q. 16. Probatur conclusio: Primo, quia licet divina revelatio sit ratio obiectiva a qua quis movetur ad assentiendum per fidem rebus revelatis, attamen assensus

fidei non attingit ipsam revelationem, sed rem revelatam, ut Deum esse trinum et unum, filium Dei assumpsisse carnem humnam, etc. Saltem assensus fidei non attingit revelationem ut id de quo aliquid creditur. Cum ergo inter omnia obiecta de quibus aliquid creditur et aliquid est revelatum, praecipuum sit Deus et ad Deum caetera quae revelata sunt attributionem habeant, omnia enim cum minimum ad hoc revelata sunt, ut adiumento nobis sint ad Deum consequendum, fit ut Deus qua Deus sit obiectum formale attributionis fidei tanquam id de quo aliquid creditur et non Deus ut revelans.

Secundo: eo modo divina revelatio est obiectum formale fidei et Deus qua Deus obiectum materiale, quo in scientia medium demonstrativum est obiectum formale, et conclusio aut subiectum conclusionis cui per tale medium assentimur, est obiectum materiale, ut vult D. Thomas hoc loco; sed medium demonstrativum non est obiectum formale assensus conclusionis, sed solum tanquam motivum unde movemur ad assentiendum conclusioni; ergo [f. 12r] divina revelatio non est obiectum formale fidei tanquam id cui assentimur aut de quo aliquid credimus. Sed Deus qua Deus qui est praecipuum obiectum inter ea de quibus aliquid fide catholica creditur et ad quem caetera obiecta attributionem habent, erit hoc modo obiectum formale fidei. Et confirmatur, quia eo modo, inquit D. Thomas in calce articuli, Deum qua Deum esse obiectum fidei quo sanitas ad quam caetera quae in medicina considerantur attributionem habent est obiectum medicinae; cum ergo sanitas sit obiectum formale attributionis medicinae, fit ut Deus qua Deus sit obiectum formale attributionis fidei.

Secunda conclusio: Veritas prima seu Deus ut revelans potest appellari obiectum formale fidei, et Deus qua Deus, quodammodo materiale, in quantum divina revelatio est ratio obiectiva et medium assentiendi per fidem rebus revelatis; quare erit obiectum non terminativum assensus, sed motivum ad assensum, ad modum quo medium demonstrativum est obiectum non terminativum assensus conclusionis, sed motivum et inductivum ad talem assensum; et ad modum quo lumen a multis dicitur obiectum formale notitiae qua videtur color, non quod terminet notitiam coloris, sed quod apud eos sit ratio obiectiva videndi colores. Et hoc tantum est quod voluit D. Thomas hoc loco, ut patet exponendi

litteram et conferenti hunc articulum cum articulo 7 quaestionis primae, primae partis.

Tertia conclusio: Obiectum formale fidei quo ad rationem sub qua obiectum cadit sub habitu, actu aut potentia et penes quam attenditur distinctio specifica habituum, actuum et potentiarum (iuxta ea quae 1<sup>o</sup> Post., cap. 23 [f. 12v] et 2<sup>o</sup> De anima, cap. 4 explicata sunt) est cognoscibile per revelationem divinam non quocumque modo. Lutheranus namque assentitur Deum esse trinum et unum quia revelatum est a Deo per Christum. Id docuit et praedicavit Ecclesia, sed per se hoc est per habitum fidei supernaturalem ad id suapte natura ordinatum qualis est habitus fidei catholicae infusae, iuxta ea quae superius disputatione 2, in 6<sup>a</sup> acceptione fidei dicta sunt. Quare, licet Deus qua Deus obiectum sit attributionis fidei catholicae visionis beatificae Theologiae nostrae, et cognoscibilis sit etiam per metaphysicam lumine naturali; quia tamen fide catholica cognoscibilis est per revelationem immediate, visione vero beatifica per lumen gloriae, Theologia quoad ea quae deducuntur ex revelatis, et Metaphysica quatenus attingi potest lumine naturali, fit ut idem obiectum ita diversimode cognoscibile sit plura obiecta formalia per comparationem ad varios illos modos cognoscendi, induatque diversas rationes cognoscibilitatis in ordine ad quas diversae illae cognitiones de eodem Deo specie distinguantur. Et adverte revelationem divinam non esse rationem sub qua obiecti fidei, sed cognoscibilitatem per revelationem quae resultat in obiecto facta revelatione a Deo; revelatio vero divina est motivum atque ratio obiectiva credendi quam non inconvenit non esse in re quae creditur, quandoquidem ex extrinseco adduci quis potest ad credendum aliqua, puta ex auctoritate narrantis et affirmantis. Haec pluribus explicata sunt locis citatis.

Ut vero secundum articulum coniungamus cum primo, sit Quarta conclusio: Si sit sermo de obiecto fidei pro re de qua aliquid creditur, obiectum attributionis fidei est ratio incomplexa, reliqua etiam obiecta de quibus aliquid creditur [f. 13r] solent esse incomplexae. In hac non est controversia inter Doctores. Constat enim Deum, de quo multa creduntur, ut quod sit trinus et unus, sapiens, etc., rem esse incomplexam; nec in hoc sensu disputat D. Thomas hoc loco utrum obiectum fidei sit quid complexum.

**Quinta Conclusio:** Si sit sermo de obiecto fidei pro re atque veritate cui assentimur, tunc quaedam obiecta fidei secundum se sunt res simplices atque incomplexae, quaedam vero complexae; omnia tamen a nobis concipiuntur complexe, atque illis complexe apprehensis et signatis nos assentimur per fidem. Primum probatur, quia Deum esse patrem, Deum esse filium, esse sapientem, potentem, et caetera quae fide tenemus, in se sunt una res simplissima, ut I p. pluribus in locis ostensum est. Unde ex se non habent quod apprehendantur complexe. Secundum probatur, quia Deum ex tempore creasse mundum, Verbum divinum assumpsisse carnem humanam, Noe fabricasse arcam et alia multa quae fide tenemus, non sunt res simplices, ac proinde ex se habent quod complexe apprehendi et significari possint. Tertium vero probatur, quia propter nostrum debilem modum concipiendi, simplicia quae sunt in Deo apprehendimus complexe componendo et dividendo, ut testatur experientia ipsisque sic apprehensis assentimur per fidem. Divus autem Thomas hoc loco solum videtur locutus de obiectis in quibus credimus de Deo quod ad intra est formaliter in ipso. Tunc enim praedicatum et subiectum secundum se una res simplicissima sunt.

Ex hactenus dictis facile erit intelligere quare fides catholica inter virtutes theologales com [f. 13v] putatur; habet enim Theon, id est, Deum non solum pro obiecto attributionis, ad quod caetera quae fide catholica creduntur, attributionem habent, sed etiam cui revelanti credimus in omnibus quibus fide assentimur.

**Utrum ultima resolutio fidei nostrae tanquam in rationem credendi fiat in divinam revelationem, an vero in autoritatem Ecclesiae.**

### Disputatio 2<sup>a</sup>

Quod fiat in autoritatem Ecclesiae, et non in Deum revelantem divinam revelationem, suaderi potest primo quia si ultima resolutio fidei nostrae fieret in Deum revelantem, ultima ratio quare crederemus quamcumque propositionem de fide, esset quia Deus illam revelavit; sed interrogo te circa quamcumque propositionem, quam fide tenemus, unde credamus illam esse revelatam a Deo? Respondemus, quia Ecclesia ita tenet et ita nos docet;

ergo ultima resolutio fidei nostrae tanquam in rationem credendi non fit in Deum revelantem, sed in Ecclesiae autoritatem, quae ut Paulus primae ad Timoth. 3<sup>110</sup> ait columna et firmamentum est veritatis. Maior notissima est, quia cum resolutio fidei fiat in id cui innititur nostra fides et quod est ratio credendi, ultima resolutio fidei fiet in id quod est ultima ratio credendi post quam non sit investiganda alia, quin potius ab ipsa caeterae deriventur. Minor etiam patet, tum quia ita consuevimus et ita docemur in Ecclesia respondere, tum etiam quia si aliquis vir doctus respondeat se credere esse revelatam a Deo quia continetur in Scriptura sacra quae revelata est a Deo, interrogatus hic rursus unde credat aut habeat talem scripturam revelatam esse a Deo, certe non habet quo confugiat nisi ad Ecclesiae autoritatem dicendo quia ita tenet Ecclesia. Et eo esse confugiendum, et hanc esse reddendam rationem probatur, quia iudicium utrum Scriptura aliqua ca[f. 14r] nonica sit, et a Deo revelata, ad Ecclesiam utique spectat; propterea enim tenemus primum et secundum Esdrae esse libros canonicos et non tertium et quartum, quia illos solos ut tales recipit Ecclesia; propterea etiam amplectimur ut libros canonicos evangelia Matthaei, Marci, Lucae et Ioannis non vero evangelium Nicodemi, Nazarenorum et alia quae haeretici tribuunt aliis Apostolis, quia illa solum recipit Ecclesia ut libros canonicos atque assistentia Spiritus Sancti conscriptos. Quare iuditium utrum haec aut illa scriptura canonica sit atque a Deo revelata et utrum hoc aut illud sit a Deo revelatum atque firma fide tenendum, utique ad Ecclesiam spectat. 2º, si alicuius rei craeditae per fidem catholicam ultima resolutio fieret in Deum revelantem, maxime Evangelii et eorum quae in Evangelio continentur; Evangelii autem ultimam resolutionem quare creditur non fieri in Deum revelantem at in Ecclesiae autoritatem, probatur ex celeberrimo illo dicto Augustini contra Epistulam Fundamenti, cap. 3<sup>111</sup>: «Evangelio non crederem, nisi Ecclesiae me commoveret autoritas»; ubi subiungit, ob id se Evangelium Nazarenorum non admittere quod illud Ecclesia non admittat.

Quaestio haec controversa est potissimum inter recentiores. Canus, 2 De locis, cap. 18, in responsione ad 4<sup>112</sup> (Vide etiam So-

110. 1 Tim 3, 15.

111. S. AURELI AUGUSTINI, *Contra epistulam quam vocant fundamenti*, 5. (C.S.E.L., 25, p. 127, 22s.)

112. MELCHIORIS CANI, O.P., *De locis theologicis*, lib. 2, c. 18. (Ed. Opera omnia, H. Serry, Madrid 1791, t. 1, pp. 166-169.)

tum, 2º. De natura et gratia, cap. 2<sup>113</sup>), tribuit Durando in 3, d. 24, q. 1<sup>114</sup> et d. 25, q. 3<sup>115</sup>; Scoto, in eodem 3, d. 23, q. 1<sup>116</sup> et Gabrieli, ibidem, q. 2<sup>117</sup> quod affirmaverint ultimam resolutionem fidei catholicae fieri in autoritatem Ecclesiae, cui assentiamur per fidem humanam, damnatque sententiam hanc erroris. Et plane, si aliquis esset qui affirmaret vel in Ecclesia solum esse autoritatem non divinam sed humanam, quasi Spiritus Sanctus ei non assisteret in suis definitionibus nec posset errare vel fidem catholicam inniti [f. 14v] autoritati Ecclesiae humanae aut autoritate Ecclesiae cui assentiremur per fidem humanam quasi ultima resolutio fidei nostrae ita fieret in autoritatem Ecclesiae humanam aut in autoritatem Ecclesiae cui assentiremur per fidem humanam, quasi quemadmodum in scientiis non est maior evidentia in conclusionibus quam sit in principiis ex quibus deducuntur et in quae resolvuntur, ita in fide catholica non esset maior certitudo quam quae derivari potest autoritate Ecclesiae humana aut ab autoritate Ecclesiae cui assentiamur per fidem humanam, esset error in fide; inde enim sequeretur fidem catholicam non esse infallibilem, nec ei repugnare subesse falsum. At non est quod talem errorem saltem praedictis omnibus doctoribus tribuamus.

In primis, Durandus, d. 24, in fine quaestionis primae<sup>118</sup> manifeste affirms rationem atque medium credendi credibilia omnia per fidem catholicam esse autoritatem divinam regentem Ecclesiam et revelantem Scripturas et subinde revelantem omnia quae in Scriptura continentur et quae per Ecclesiam definiuntur; solumque vult illa quaestione inter credibilia fide catholica dari unum primum quod sit ratio credendi alia et ad quod fiat ultima resolutio credibilium atque hoc dicit esse credere Ecclesiam regi ab Spiritu Sancto et subinde quae amplectitur ut de fide tenenda a Deo esse revelata. Inde enim deducuntur in particulari caetera

113. SOTO, o. c., lib. 2, cap. 8, ff. 123r, 125r.

114. DURANDI a SANCTO PORTIANO, *In Sententias theologicas Petri Lombardi Commentariorum libri quatuor*, Antuerpiae 1566, lib. 3, dist. 24, q. 1 (n. 8), f. 257.

115. Id., ib., dist. 25, q. 3, f. 259v.

116. IOANNIS DUNS SCOTTI, O.F.M., *Quaestiones in Librum tertium Sententiarum*, dist. 23, q. un. (n. 4). (Ed. Vives, *Opera omnia*, t. 15, París 1894, página 7.)

117. GABRIELIS BIEL, *Epitome et Collectorium in IV Sententiarum libros*, Lugduni 1514, lib. 3, dist. 23, q. 2 (s.f.).

118. DURANDUS, *In Sententias...*, lib. 3, dist. 24, q. 1 (n. 16), f. 257r.

credibilia. Disputatione vero 25, q. 3,<sup>119</sup> non aliud vult quam solum habitum fidei infusae non sufficere ad eliciendum actum fidei circa credibilia, sed ulterius requiri notitiam obiectorum credendorum, atque motiva quae per aliqualem fidem humanam inducant etiam intellectum ad credendum; de qua re in sequentibus.

Quod vero attinet ad Scotum et Gabrielem, ut verum fatear, non satis mihi placet modus loquendi ipsorum. Scotus enim de autoritate Ecclesiae quae approbat libros canonicos loquitur ut de autoritate humana et fidem [f. 15r], quam adhibemus propter autoritatem Ecclesiae, appellat fidem humanam et acquisitam, nulla facta mentione de autoritate divina Ecclesiae propter assidentiam Spiritus Sancti, nec de fide catholica qua assentiamur definitionibus Ecclesiae propter autoritatem divinam quam habet ex assistentia Spiritus Sancti. Praeterea, in primo modo explicandi concursum habitus fidei infusae ad assensum circa articulos fidei, secundus vero quem ibi assignat nullius prorsus est momenti, admittere videtur assensum fidei infusae circa hanc: Deus est trinus et unus perinde pendere ab assensu huius, hoc est revelatum a Deo, atque assensus conclusionis in demonstratione pendet ab assensu minoris, illi vero Deum esse trinum et unum esse revelatum a Deo, nos assentire per fidem acquisitam; atque hac ratione dixit habitum fidei infusae non posse elicere actum circa quemcumque articulum, nisi concurrente simul fide acquisita qua credimus talem articulum esse revelatum a Deo. Hoc autem vel est error quem Canus tribuit Scoto vel saltem ad talem errorem maxime accedere videtur.

Gabriel vero in praedictis sequitur Scotum et quasi ipsum explicans arbitratur habitum fidei immediate solum inclinare ad hanc: Quidquid revelatum est a Deo est verum; mediate vero inclinare ad singulos articulos fidei. Elicere vero actum circa singulos subsumendo de unoquoque hanc minorem: hoc est revelatum a Deo, cui assentiamur fide acquisita. Et propterea vult, sicut Scotus, habitum fidei infusum non posse elicere actum circa singulos articulos fidei, nisi concurrente simul fide acquisita. Praeterquam autem quod Gabriel clarius accedere videtur ad errorem quem illi [f. 15v] et Scoto tribuit Canus. Affirmat etiam obiectum imme-

119. Id., ib., dist. 25, q. 3, f. 259v.

diatum cui assentimur per fidem catholicam et ad quod primo fides inclinat esse evidens in lumine naturali. Nam propositio illa: Quidquid revelatum est a Deo est verum, evidens est in lumine naturali; ridiculum autem est affirmare obiectum immediatum cui assentimur per fidem, quae suapte natura certa est et inevidens, esse evidens in lumine naturali. Haec dixisse sufficiat circa mentem Scoti et Gabrielis hac in parte. Utrum autem re vera fuerint in errore quem illis tribuit Canus, aliorum iudicio remitto.

Michael Medina, quinto libro *De recta in Deum fide*, cap. 11<sup>120</sup>, in ea est sententia ut dicat ultimam resolutionem fidei Propheta- rum, Apostolorum et eorum qui immediate a Deo acceperunt re- velationem fieri in Deum revelantem. Revelatio namque quae ipsis immediate fiebat a Deo erat ratio quod illi crederent et non auto- ritas Ecclesiae quae illud acceptaret et proponeret ad credendum, quandoquidem prius illi id acceperunt per revelationem a Deo quam Ecclesia universalis id acceptaret et proponeret fidelibus ad credendum. At vero affirmat ultimam resolutionem fidei nostrae non fieri in Deum revelantem, sed in autoritatem Ecclesiae non humanam, sed divinam quam habet, quatenus ei assistit Spiritus Sanctus. Et hanc affirms esse orthodoxam et communem senten- tiam Doctorum. Haec eadem sententia tribui solet Aiali, *De eccl-esiasticis traditionibus*, p. 2, assertione 1<sup>a</sup><sup>121</sup>. Sed multa docte ibi scribit, nec video eam illi tribuere. Vires rationum omnium quae pro hac sententia fieri solent, propositae sunt in principio huius disputationis.

Sit vero Prima Conclusio: Ultima resolutio fidei [f. 16r] catho- licae tanquam in rationem obiectivam credendi illi propriam fit in divinam revelationem. Haec est D. Thomae hoc loco, ut patet ex dictis disputatione praecedenti, satisque clare colligitur ex dictis tota ea disputatione. Et probatur primo, quia radix a qua habitus fidei catholicae habet quod specificetur et distinguatur a reliquis et quod ei non possit subesse falsum (etiam circa res suapte natura contingentes, quas fide tenemus) est quod tanquam rationi credendi innitatur divinae revelationi, quae ab infallibili

120. MICHAEL MEDINA, O.F.M., *Christiana Paraenesis, sive De recta in Deum fide*, libri septem, Venetiis 1564, lib. 5, cap. 11, ff. 165v-166r.

121. MARTINUS PÉREZ DE AYALA, *De Divinis, Apostolicis atque Ecclesiasti- cis traditionibus*, ..., p. 2, assert. 1, Colonia 1560, f. 7r-23r; principalmente, f. 16v-18r.

scientia divina derivatur cuique non potest subesse falsum; ergo ultima resolutio fidei catholicae tanquam in rationem obiectivam credendi illi propriam, fit in divinam revelationem et quidquid aliud adducitur tanquam motivum credendi est extrinsecum et coadiuvans, non vero propria ratio obiectiva credendi fide catholica.

2º: Si ultima resolutio fidei catholicae tanquam in rationem obiectivam credendi non fieret in Deum revelantem, sed in autoritatem Ecclesiae, vel fieret in autoritatem humanam Ecclesiae vel in autoritatem divinam, non in autoritatem humanam, ut firmiter est tenendum, quia aut Ecclesia quatenus praecise pollet autoritate humana potest errare, et ita non repugnaret fidei catholicae subesse falsum; ergo in autoritatem divinam. Sed quod in Ecclesia sit autoritas divina eique assistat Spiritus Sanctus non aliter constare potest hominibus, ita ut fide catholica sit tenendum aut ut certi sint ea in re, quam ex divina revelatione; ergo divina revelatio est ulterior ratio obiectiva hominibus quod credant in Ecclesia esse divinam autoritatem [f. 16v] ac proinde non fit ultima resolutio fidei catholicae tanquam in rationem obiectivam credendi in Ecclesiae autoritatem, sed in divinam revelationem.

3º: Fides catholica in nobis, Apostolis et Prophetis est unius et eiusdem speciei; ergo ultima resolutio ipsius, tanquam in rationem obiectivam credendi propriam fidei, in nobis et in illis fit ad idem; sed in Apostolis et Prophetis, ut adversarii admittunt, et supra sufficienter est deductum, non fit in autoritatem Ecclesiae, sed in Deum revelantem; ergo et in nobis non fiet ultimo in autoritatem Ecclesiae, sed in Deum revelantem. Et confirmatur haec ratio, quia quando assensus sunt eiusdem rationis et speciei, ratio assentiendi debet esse eiusdem rationis et communis in ordine ad omnes assensus; sed revelatio divina est communis rationi obiectivae in ordine ad omnes assensus fidei, quandoquidem etiam quod Ecclesia definit et amplectitur ut fide tenendum, quatenus sic definitum est ex divina revelatione propter assistentiam Spiritus Sancti Ecclesiae ut non erret; autoritas vero Ecclesiae non est communis ratio obiectiva omnibus assensibus fidei, quandoquidem Apostoli et Prophetae non assentiebantur rebus sibi immediate revelatis a Deo propter autoritatem Ecclesiae; ergo ultima resolutio fidei tanquam in rationem obiectivam credendi propriam fidei, non fit in autoritatem Ecclesiae, sed in divinam revelationem.

4º, et fere in idem redit: Illud est propria ratio obiectiva credendi fide catholica per quod credimus omnia et quo sublatu nihil fide catholica possumus credere, sicut illud est propria ratio scienti in aliqua scientia per quod omnia quae in illa scientia continentur scimus et sine quo nihil eorum possumus scire; sed nihil possumus credere fide catholica, nisi revelatum sit a Deo. Nihil vero obstat aliquem credere sine testi[f. 17r]monio et autoritate Ecclesiae, ut patet de Regulo, Samaritanis, Apostolis, Prophetis et pluribus aliis qui crediderunt multa sine testimonio Ecclesiae; ergo ultima resolutio fidei nostrae, tanquam in propriam rationem obiectivam credendi fit in divinam revelationem et non in autoritatem Ecclesiae.

5º: Non maiorem autoritatem habet Ecclesia quam Christus quatenus homo; sed Christus negat ultiman resolutionem fidei eorum quae per ipsum Deus revelabat hominibus, fieri in ipsum quatenus hominem: inquit enim Ioannes 12<sup>122</sup>: Qui credit in Me, non credit in me, tanquam in rationem primam credendi, sed in eum qui misit me. Et infra<sup>123</sup>: Ego ex me ipso non sum loquutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam et quid loquar. Et quae loquor ego sicut dixit mihi Pater sic loquor. Ergo multo minus ultima resolutio fidei nostrae fiet in autoritatem Ecclesiae, quantumvis Ecclesia polleat autoritate divina, eique assistat Spiritus Sanctus, sed in Deum, ei et caeteris per quos Deus est loquutus, assistentem et revealantem.

6º: Licet in Paulo autoritas esset divina, ipse tamen Primae ad Thessalonicenses 2º<sup>124</sup> docet fidem eorum quae ab ipso audierunt atque edocti sunt, resolvi tanquam in primam rationem credendi non in autoritatem Pauli, sed Dei per ipsum loquentis. Inquit enim: Gratias agimus Deo quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est vere verbum Dei. Quasi diceret: ei prae- buistis assensum tanquam Dei revelationi. Exodo etiam 14<sup>125</sup> habetur: Crediderunt Domino et Moysi<sup>a</sup> servo eius, Dominus [f. 17v] praeponitur tanquam is in quem tanquam in primam rationem credendi fit ultima resolutio fidei et a quo ratio credendi

---

q. Ms : Mosi

122. Jn 12, 44.

123. Jn 12, 49s.

124. Cf. 1 Tes 2, 13.

125. Ex 14, 31.

derivatur; in Moysem <sup>r</sup> per quem Dominus loquebatur et revelabat res filiis Israel. Atque eadem ratione Apostoli, Actorum 15<sup>126</sup>, in primo illo Concilio ab Ecclesia celebrato, ita scripserunt: Visum est Spiritui Sancto et nobis. Spiritum Sanctum proposuerunt tanquam eum in quem ultima resolutio fidei illorum, quae tunc statuerunt, resolutebatur et a qua ratio credendi in Apostolos per quos Spiritus Sanctus tunc loquebatur, derivabatur.

2<sup>a</sup> Conclusio: Ad assentiendum his quae sunt fidei catholicae, non sufficit habitus fidei, qui a Deo infunditur, sed secundum communem legem requiritur ut exterius proponantur credendae tanquam res a Deo revelatae. Requiruntur etiam externa aliqua incitamenta atque motiva, quibus homo inducatur et adiuvetur ad eis assentiendum tanquam Dei revelationi, atque ad captivandum intellectum in assensum eorum. Haec conclusio patet in puerō baptizato ante usum rationis et postea in nemore aut inter paganos educato, ubi nihil audierit eorum quae sunt fidei; et supponamus nondum errasse in fide, ac proinde retinere adhuc habitum fidelis, quem accepit in Baptismo, laborareque ignorantia invincibili eorum quae sunt fidei. Is plane nisi exterius ei proponantur credibilia, non poterit elicere actum credendi circa illa. Et ratio est quia (ut interim omittamus Prophetas et eos qui per cognitionem internam recipiunt immediate a Deo revelationem et cognitionem eorum quae sunt fidei, de quibus disputatione sequenti erit sermo) in reliquis, quando Deus infundit habitum fidei, non infundit simul species aut notitias apprehensivas eorum quae sunt fidei, sed solum habitum. Et forte adiuvat per concursum particularem ad primum assensum. Quare ad formandum notitias eorum quae sunt fidei, sine quibus habitus non potest elicere assensum et ad sciendum quaenam sunt quae ut revelata a Deo habentur inter fideles, requiritur propositio externa [f. 18r] et explicatio eorum. Atque hinc est quod Paulus ad Romanos 10<sup>127</sup> dicit fidem esse ex auditu, auditum autem per verbum Christi; exterius, scilicet, propositum et praedicatum. Quomodo, inquit, credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Quomodo praedicabunt nisi mittantur? Sicut scriptum est: Quam speciosi

r. Ms : Mosem

126. Hch 15, 28.

127. Rom 10, 17.

pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona. Et concludit:  
Ergo fides ex auditu.

Quod vero requirantur etiam externa aliqua incitamenta atque motiva quibus homo inducatur et adiuvetur ad assentiendum et captivandum intellectum his quae sunt fidei, patet in primis in eodem baptizato ante usum rationis et educato in nemore aut inter infideles. Is namque, si iudicio polleat, quando sibi propONENTUR mysteria fidei, merito exiget rationem unde sibi persuadeat illa Dei esse revelationes, aut illa potius quam quae Iudei, pagani aut saraceni modo amplectuntur Dei esse revelationes. Praeterea, licet Deus merito a nobis exigat ut circa ea quae sunt fidei contenti simus revelatione et autoritate ipsius, quae plane in re praeponenda est cuicunque evidentissime demonstrationi, non tamen vult, nec consonum esset ut vellet, ut sine sufficienTibus motivis et incitamentis quibus nobis persuadeamus ea quae nobis proponuntur tanquam Dei revelationes, revera esse Dei revelationes, eis assentiamus. Imo si quis quando primo vocatur ad fidem per praedicationem alicuius, statim ac ei proponuntur mysteria fidei, eis fidem adhiberet sine ullo motivo quo sibi persuaderet illa esse Dei revelationes, censendus esset levis in credendo, iuxta illud Ecclesiastici 19<sup>128</sup>: Qui credit cito, levis est corde. Quare munus concionatorum et promulgantium Evangelium atque mysteria fidei inter infideles est non solum docere atque explicare illa, sed et rationes atque motiva infidelibus adducere, unde sibi persuadeant quae ipsis proponuntur Dei esse revelationes ipsosque in culpa esse nisi ea ut talia admittant. Ut vero [f. 18v] Deus Optimus Maximus quo filii Israel adducerentur ad credendum ea quae ipsis per Moysem<sup>r</sup> proponebantur Dei esse revelationes, tot signa et prodigia ante promulgationem legis, in promulgatione ipsa et post promulgationem, operatus est. Quibus sane motivis aliisque similibus merito regius Propheta cum Deo agens, dicebat<sup>129</sup>: Testimonia ipsius credibilia facta esse nimis. Ita ante adventum Filii ipsius et promulgationem legis evangelicae praemisit vaticinia tum aliorum prophetarum tum etiam ipsiusmet Moysi, qui omnes praenuntiaverunt Christum atque Messiam esse venturum, eaque quae postea in adventu Christi gesta et impleta sunt. Totum etiam Vetus Testamentum praemisit, tanquam umbram quandam atque effigiem eorum quae in Novo continentur. In adventu vero

128. Eccl 19, 4.

129. Cf. Sal 92, 5.

ipsius praemisit Ioannem Baptis tam in praecursorem et testem ipsius, iuxta illud Ioannis 1<sup>o</sup><sup>130</sup>: Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. Adduxit praeterea Magos, stella praevia, qui eum adorarent atque de eo iam nato publice inquirerent Hierosolymis. Operatus est praeterea per Christum et postea per Apostolos aliosque viros iustos in toto decursu Ecclesiae tot miracula et prodigia in confirmationem legis atque fidei christiana, ut multo aequius quam regius Propheta dicere possimus testimonia Christi atque mysteria legis evangelicae credibilia facta esse nimis. Haec itaque et istiusmodi alia sunt incitamenta et motiva quibus adiuvamur ad captivandum intellectum in obiectum fidei et ad nobis persuadendum ea quae fide tenemus Dei esse revelationes; et propter quae in culpa sunt quicunque<sup>131</sup> non amplectuntur quae sunt fidei christiana. Quod si nulla prorsus essent motiva et incitamenta quibus homines mysteria fidei quae sunt supra lumen naturale sibi persuaderent Dei esse revelationes, plane nullum esset peccatum eis non assentiri, nec Deus a nobis fidem eorum exigeret sub reatu peccati mortalis. Quod sane innuit Christus, Ioanne 15<sup>131</sup> dicens: Si non venissem et loquutus fuisse eis et si opera non fecisset in eis quae [f. 19r] nemo aliis fecit, peccatum non haberent; non credendo, scilicet. Quia vero de his atque aliis motivis quae sunt, ut nobis persuadeamus ea quae sanctissimae fidei nostrae sunt Dei esse revelationes plura diximus 1 p., q. 27, a. 1, supervacaneum duximus illa loco repetere, intentique sumus id tantum perstringere quod dictum est. Vide illa, si placet.

Illud hoc loco est advertendum quod quemadmodum miracula atque motiva quae erant vivente Christo, inclinabant et inducebant homines ad credendum Christum a Deo esse missum Deumque per Christum loqui hominibus, et subinde quidquid ille docebat Dei esse revelationes; et quemadmodum mortuo Christo et praedicantibus Apostolis, miracula quae per Apostolos fiebant et quae Christus ante fecerat, adventus Spiritus Sancti caeteraque motiva quae tunc erant, attestabantur atque inducebant homines ad credendum ea quae docebant Apostoli et quae profitebatur et amplec-

s. Ms : quicunque

130. Jn 1, 7.

131. Jn 15, 22.

tebatur Ecclesia quae tunc erat et quam Christus fundaverat Dei esse revelationes, ita motiva illa omnia et alia quae usque in hodiernum diem in decursu Ecclesiae multiplicata sunt (de quibus loco citato dictum est) attestantur atque inducunt homines ad credendum quod ea quae in Ecclesia hodie sunt et quae Ecclesia quae hodie est (quae successione quadam est una et eadem cum ea quae fuit tempore Apostolorum et quam Christus fundavit) amplectitur et profitetur ut fide tenenda, Dei sunt revelationes.

Hoc praehabito, sit 3<sup>a</sup> Conclusio: Resolutio fidei in miracula et in alia motiva quae sunt ad credendum, non fit tanquam in propriam rationem credendi cui innititur fides, sed tanquam in motiva quaedam quibus merito inducitur homo ut sibi persuadeat ea quibus assentitur per fidem revelata esse a Deo [f. 19v] et subinde eis convenire propriam rationem credendi cui innititur fides; in Ecclesiae vero autoritatem fit resolutio fidei tanquam in conditionem sine qua non assentiremus his aut illis rebus in particulari tanquam a Deo revelatis ac proinde per fidem. Deus tamen quo securius et certius assentiremus his quae sunt fidei, Ecclesiae autoritati (quae tanquam conditio ad credendum exigitur) suam assistentiam promisit quo tandem etiam conditionis requisitae autoritas in divinam autoritatem atque revelationem reduceretur. Prima pars huius conclusionis patet ex duabus prioribus conclusionibus. Assensus enim fidei catholicae ea ex parte est fidei catholicae qua innititur Dei revelationi, non vero ea ex parte qua innititur miraculis atque motivis. Miracula autem atque motiva inserviunt ut quivis sibi persuadeat rebus quae sibi proponuntur credenda convenire propriam rationem credendi fidei catholica, hoc est divinam revelationem; quando vero persuasus illis convenire esse revelata a Deo, assensus quo illis assentitur tanquam rebus a Deo revelatis, innixus divinae revelationi tanquam rationi credendi est assensus fidei catholicae. Secundam vero partem probant argumenta proposita in principio huius disputationis. Tertia probabitur late in sequentibus. Quare quando fidelis in reddenda ratione cur alicui veritati fidei catholicae credit, ad divinam recurrat revelationem, reddit propriam rationem obiectivam credendi cui innititur fides et a qua actus credendi habet quod fidei catholicae sit. Quando vero recurrat ad Ecclesiae autoritatem dicens se credere quia est de numero eorum quae Ecclesia tenet et proponit credenda, recurrat ad conditionem sine qua hoc aut illud non cre-

det; quam conditionem non posse fallere iterum potest reducere in divinam revelationem et autoritatem. Et quando recurrit ad miracula et ad alia motiva ad credendum, [f. 20r] recurrit ad motiva quibus merito sibi persuadet ea omnia quibus fidem adhibet et quae sibi Ecclesia proponit credenda, Dei esse revelationem, quandoquidem miracula aliaque motiva ad credendum attestantur ea quae sunt fidei non quocumque modo, sed prout ea conservat, proponit et profitetur Ecclesia catholica (quae una et eadem est usque ad consummationem seculi, iuxta illud: Portae inferi non praevalebunt adversus eam<sup>132</sup>, atque illud: Ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi)<sup>133</sup> Dei esse revelationes, et ad utrumque coniunctim confirmandum ordinantur atque exhibita sunt a Deo. Quare et autoritatis Ecclesiae et eorum, quae sunt fidei, sunt motiva.

Nonnulla sunt hic advertenda. Primum est quacumque propositionem de fide in se spectatam et per comparationem ad propriam rationem credendi fide catholica, hoc est, ad divinam revelationem qua revelata est esse primum principium cui assentimur fide catholica. Fides autem catholica ad habitum Theologiae comparatur ut habitus principiorum ad habitum conclusionum, ut 1 p., q. 1 explicatum est. Quare nulla propositio de fide in aliud prius principium fide tenendum per se reducitur. Quia tamen motiva ad credendum inclinat et suadent in genere quod ea quae Ecclesia profitetur, conservat et amplectitur ut fide tenenda, Dei sunt revelationes et proinde sunt fide tenenda. Quae propositio ita universalis de fide est, ut constat ex plurimis locis Scripturae. Et videtur esse prima cui adultus qui iudicio pollet assentitur quando primo convertitur ad fidem in eaque<sup>t</sup> virtute assentitur reliquis. Praeterea quia ex eadem propositione, subsumpto loco minoris hac alia: Quod hoc vel illud in particulari Ecclesia amplectatur et profiteatur ut fide tenendum, colligitur de quacumque propositione quae est de fide quod revelata sit a Deo et quod sit fide tenenda, putant Durandus et Medina propositionem illam universalem [f. 20v] esse primum principium credibile, ad quod tanquam ad principium primum complexum inter credibilia fit

t. Ms : ea quae

132. Mt 16, 18.

133. Mt 28, 20.

ultima resolutio fidei catholicae. In hoc tamen videntur decepti (si nos non decipimur) quod non advertunt sillogysmo illo non aliud fieri quam autoritatem Ecclesiae, quae in illa maiori continetur, applicari, subsumpta minori (quae evidens est et experientia cognita) ad hoc vel ad illud credible fide catholica; hoc autem non esse unum credibile probare per aliud tanquam per principium prius, sed credibilibus applicare conditionem sine qua a nobis non habentur ut credibilia et revelata a Deo, et subinde sine qua illis non assentimur fide catholica. Quod propositio illa maior de fide sit, ex eo est quod autoritas Ecclesiae divina est, revelatumque sit a Deo Ecclesiam regi ab Spiritu Sancto qui ei assistit esequere columnam et firmamentum veritatis.

Secundum, hoc loco advertendum est probabile esse cathecumenum qui iudicio pollet et ratione atque motivis ducitur ad credendum, prius fide humana assentiri huic: haec quae mihi proponuntur credenda et quae profitetur haec Ecclesia Dei videntur et sunt revelationes; et tunc unicuique eorum et omnibus in genere quae profitetur Ecclesia assentiri fide catholica tanquam rebus revelatis. Ratio autem quae me movet est, quia in talibus iudicium quod ratio credendi conveniat credibilibus, antecedere videtur tendentiam in illa fide catholica per rationem obiectivam credendi fide catholica. Rustici autem et simplices qui docentur doctrinam christianam et vel non docentur illa esse revelata a Deo vel ad intelligendum non assurgunt intellectus<sup>u</sup> virtute, ut hoc loco docuit Victoria, assentiuntur illis tanquam revelatis quatenus assentiuntur illis ut illa tenet et proponit Ecclesia. Ecclesia autem illa tenet ut revelata. Reliqua quae hoc loco dici poterant, dicentur disputatione sequenti. Longior enim in hac fui quam optabam.

Ad primum argumentum initio propositum, concedenda est sequela seu [f. 21r] maior, si sit sermo de ultima ratione obiectiva credendi propria fidei, ut distinguitur a conditione sine qua non. Et ad minorem dicendum est in illa responsione non redi ulteriore rationem obiectivam credendi propriam fidei, sed conditionem sine qua non, talem tamen in qua cernitur etiam divina autoritas et quae etiam resolvitur in divinam revelationem, ut dictum est. Ad primam probationem minoris dicendum est nos

<sup>u.</sup> Ms: intellectum

in Ecclesia doceri ita respondere reddendo conditionem sine qua non, quae innititur divinae revelationi. Ad secundam etiam dicendum est: cum configimus ad autoritatem Ecclesiae quae approbavit Scripturas easque recepit ut a Deo revelatas, configere ad eandem conditionem sine qua nobis non persuaderemus eas esse revelatas et subinde non assentiremur eis fide catholicā. Quod autem approbatio qua Ecclesia approbat et recipit Scripturas solum sit conditio sine qua non, patet quia Ecclesia eas approbando et recipiendo non facit esse revelatas a Deo, sed solum certo et infallibiliter indicat eas esse de numero earum quae Deo aspirante et assistente scriptoribus ne errarent conscriptae sunt. Quare solum est conditio sine qua nobis non persuaderemus illis convenire rationem obiectivam credendi, quae ante approbationem revera convenit et per consequens sine qua illis non assentiremur tanquam rebus revelatis atque adeo per fidem catholicā.

Ad 2, admissa sequela, dicendum est Augustinum ibi loqui de Ecclesiae autoritate tanquam de conditione sine qua non crederet Evangelio.

**Quaenam sit revelatio qua credibilia revelantur a Deo,  
cuique fides innititur tanquam rationi obiectivae credendi.**

### Disputatio tertia.

Scotus in 3, d. 23, q. 1, § 2 de fide<sup>134</sup>; Canus, 2º De locis, cap. 8, ad 4<sup>135</sup>; et plures alii in ea sunt sententia ut dicant tunc [f. 21v] Deum nobis revelare aliquid, quando nobis infundit lumen supernaturale fidei atque habitum quo credimus; quasi concursus Dei supernaturalis quo unicuique nostrum infundit lumen et habitum supernaturalē quo supernaturaliter adiuvamur et adducimur ad credendum, sit divina revelatio. Confirmant hanc suam sententiam ex illo Matthei 16<sup>136</sup>: Caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in caelis est, infundendo scilicet tibi lumen et habitum quo adductus es ad hoc credendum; tum etiam ex illo primae Ioannis 5<sup>137</sup>: Qui credit in Filium Dei habet testimonium Dei in se.

134. Cf. nota 116 (n. 6), p. 10.

135. CANO, o. c. (nota 112), lib. 2, cap. 8, pp. 55-64.

136. Mt 16, 17.

137. 1 Jn 5, 10.

Haec tamen sententia mihi nunquam placuit. Primo, quia interrogatus quivis fidelis quare credat Deum esse trinum et unum aut Christum natum esse ex Virgine, non respondet quia Deus sibi revelat interius, sed quia Deus sibi et toti Ecclesiae revelavit per Christum praedicantem aut per Apostolos et per Prophetas, per quos loquutus est Deus et revelavit hominibus mysteria fidei, iuxta illud ad Hebreaos 1<sup>138</sup>: Multifarie multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, id est per Prophetas, novissime diebus istis loquutus est nobis in Filio, id est per Filium Christum Dominum. Et plane ridiculus esset qui intendens infideli et suaderet fidem nostram illi adduceret in motivum credendi quod Deus ipsi proponenti mysteria fidei ea revelaverit interius aut quod ei cui proponuntur sit Deus ea revelaturus interius. Non enim hoc proponendum est in motivum credendi, sed quod Deus ea revelaverit mundo per Christum, qui ea docuit; et per Apostolos et Prophetas; et quod in confirmationem eorum quod Dei sint isto modo revelationes, facta sint tot miracula et sint tot alia motiva ad credendum.

2º. Revelatio de qua est hoc loco sermo est ultima ratio obiectiva, medium atque motivum proprium ad credendum [f. 22r] ea quae sunt fidei, ut disputatione praecedenti ostensum est; ergo in esse cognito praecedere debet assensum fidei, sicut medium demonstrationis in esse cognito praecedere debet assensum scientificum; sed nec habitus fidei infusus nec concursus quo Deus nobiscum concurrit ad credendum, in esse cognito praecedunt assensum fidei, sed solum quod illa quibus fidem adhibemus revelata sunt a Deo Ecclesiae per Christum, Apostolos et Prophetas quibus assistebat Spiritus Sanctus; ergo revelatio de qua est hoc loco sermo non est quae fit interius unicuique quando credimus, sed illa universalis quae facta fuit per praedicationem Christi, Apostolorum et Prophetarum et per eorum scripta.

3º. Quod Deus nobis revelet interius mysteria fidei ad modum loquendi istorum, non aliter nobis constat quam ex Scripturis ex quibus, habemus fidem esse Dei donum supernaturale, ac proinde Deum nobiscum concurrere supernaturaliter ad actum credendi. Quare autoritas Scripturarum sanctorum est ratio credendi quod nobiscum Deus isto modo concurrat ad actum credendi. Aliiquid ergo prius est ratio credendi scripturas et ea quae in ipsis continentur.

138. Heb 1, 1.

tur; hoc autem non est aliud quam ipsas revelatas esse a Deo Ecclesiae per scriptores earum quos inspiravit et quibus astitit Spiritus Sanctus; ergo ratio obiectiva credendi Scripturas ad quam fit ultima resolutio fidei nostrae, non est revelatio interior quae fiat unicuique nostrum quando credimus, sed revelatio universalis facta a Deo Ecclesiae per scriptores earum.

Ut vero exactior cognitio habeatur revelationis divinae quam dicimus esse rationem obiectivam credendi ea quae sunt fidei catholicae, adverte Deum interdum per se ipsum immediate revelare aliqua aliquibus immittendo cog[. f. 22v] nitionem atque notitias non solum incomplexas, sed etiam complexas in mentem aut simul etiam in imaginationem eorum. Hoc modo revelatio facta est Prophetis eorum quae Deus illis ostendit per donum prophetiae. Interdum vero revelare res per causas secundas, ut per Christum hominem praedicantem, per Prophetas, Apostolos aut discipulos praedicantes aut loquentes aut scribentes quae acceperunt per donum prophetiae, aut ex inspiratione et assistentia Spiritus Sancti. Ad ea autem quae Deus revelat hoc secundo modo non immittit notitias, ut disputatione praecedenti dictum est, sed causae secundae per quas Deus ea revelat, pronuntiant aut scribunt revelata, quae tandem veniunt in cognitionem eorum qui ad fidem perducuntur. Et Deus credentibus infundit habitum fidei et coadiuvat mentes eorum ad illis assentiendum ut oportet ad salutem. De generatione fidei per revelationem factam secundo modo loquitur Paulus ad Romanos 10<sup>139</sup>, quando inquit fidem esse ex auditu; non vero de generatione fidei per revelationem factam primo modo. Illa vero comparatur per immissionem cognitionis immediate a Deo eorum quae ita revelantur.

Adverte tamen quod quemadmodum in generatione fidei respectu eorum quibus credibilia revelantur secundo modo, cognitio revelatorum quod revelata sint a Deo antecedit assensum fidei tanquam motivum ad credendum, ita in generatione fidei respectu eorum quibus credibilia revelantur primo modo, cognitio revelatorum quod revelata sint a Deo, antecedit tanquam ratio et motivum credendi assensum fidei eorum quae ita revelantur. Prius namque est Deum immittere Prophetis per lumen et donum pro-

139. Rom 10, 17.

phetiae cognitionem alicuius veritatis fidei, ut Isaiae<sup>v</sup> quod Virgo esset conceptura et paritura Christum, quam quod Propheta illi veritati assentiatur per fidem. Ut enim in 1 p., q. 1, a. 2, disp. 4 ostensum est, prophetae [f. 23r] quando accipiunt revelationem alicuius rei per donum et lumen prophetiae, nec habet evidentiam rei quae revelatur, nec quod revelatio sit a Deo; sed utriusque horum habent firmitatem quandam causatam in ipsis a Deo, quae non sinit ipsos interius dubitare et rem revelatam esse veram et revelationem esse a Deo. Firmi ergo et certi revelationem esse a Deo assentiuntur per fidem rei revelatae. Et motivum assentiendi est revelationem ipsius ei interius factam esse a Deo. Perspicere ergo discrimen quod est in Prophetis inter lumen donumque interius prophetiae atque inter fidem qua assentiuntur rei per illud lumen et donum revelatae. Cognitio enim illa interius immissa et causata a Deo, qua Deus illis aliquid ostendit, est lumen et donum prophetiae; assensus vero quo Propheta assentitur rei ita ostensae, innixus illam ostensionem et revelationem esse a Deo, est actus fidei catholicae, certus et inevidens atque emanans ab habitu fidei infusae.

Ad primam autoritatem, quam Canus et alii citant pro sua sententia, dicendum est Patrem revelasse Petro Christum esse Filium Dei per ipsummet Christum, qui id Petrum aliquosque Apostolos docuerat vel revelasse interius immittendo illi peculiarem cognitionem et noticias, sicut immisit Prophetis. Quo etiam pacto Paulus apostolus accepit revelationem Evangelii et mysteriorum fidei, ut innuit ad Galatas 1<sup>140</sup>.

Quare autoritas illa non est contra nos. Et Adverte quod esto admitteremus aliquando in Scripturis hoc quod est Deum concurrere illo modo quo illi dicunt ad credendum, appellari Deum revelare quod creditur, atque hoc modo intelligendam esse autoritatem illam, inde tamen nihil colligitur contra nos. Non enim contendimus non dari talem acceptationem revelationis, sed quod contendimus est revelationem in longe diversa acceptione esse rationem obiectivam credendi, atque mo[f. 23v]tivum quo innititur fides catholica. Ad secundam, dicendum est sensum illorum verborum, ut aperte patet ex antecedentibus et sequentibus, esse

v. Ms : Isaiae

140. Gál 1, 12.

quod qui credit in Filium Dei habet in se, quodque recipit et admittit credendo testimonium Dei, id est veritatem ad ea signis et miraculis testificatam et comprobata.

Nonnulla remanent dubia hoc loco solvenda circa ea quae hactenus dicta sunt. Primum est quod in lege naturae, antequam esset lex scripta, fuit fides, ut patet ex Paulo ad Hebreos 11. Fuerunt enim tunc multi iusti; sine fide autem impossibile fuit placere Deo; sed in lege naturae nihil fuit revelatum a Deo, ut patet, quia nullae fuerunt tunc scripturae divinitus inspiratae. Tum etiam quia ob id tempus illud dicitur legis naturae quod viverent homines in lumine naturali sine aliqua revelatione supernaturali; ergo divina revelatio non est universalis ratio obiectiva atque motivum credendi fide catholica.

Secundum est quod si divina revelatio esset ratio obiectiva credendi ea quae sunt fidei catholicae, ab eaque fides tanquam a radice distingueretur a caeteris habitibus, sequeretur revelata a Deo peculiaribus personis, ut B. Catherinae Senensi, pertinere ad fidem catholicam; consequens autem est falsum, cum nullus censeatur infidelis aut haereticus ex eo quod eis fidem non velit adhibere; ergo divina revelatio non est ratio obiectiva credendi ea quae sunt fidei catholicae, a qua fides specificatur tanquam a radice.

Tertium est, quia si revelatio esset ratio credendi fide catholica, cum revelatio divina circa ea quae sunt fidei non sit aliud quam voces aut scripturae significativae Christi, Apostolorum, Prophatarum et caeterorum quibus assistebat Spiritus Sanctus [f. 24r] dum loquebantur aut scribebant, voces autem aut scripturae significativae qua tales sint entia rationis, sequeretur rationem credendi fide catholica esse ens rationis; quod videtur absurdum.

Quartum est, quia non solum Filium Dei assumpsisse carnem humanam est quid creditum fide catholica, sed etiam hoc ipsum esse revelatum a Deo est creditum fide catholica; vel ergo admittendum est dari aliquam aliam revelationem, qua sit creditum hoc secundum, vel admitendum erit divinam revelationem non semper esse rationem obiectivam credendi fide catholica.

Ad primum horum, admisso in lege naturae fuisse fidem, negandum est tunc nihil fuisse revelatum a Deo. Et ad primum quod obicitur in oppositum dicendum est, quod esto tunc non fuerint

scripturae divinitus inspiratae (de quo nunc non dispuo), fuerunt tamen aliqua revelata a Deo, ut Deum esse inquirentium se remuneratorem. Et fuit etiam fides peccati originalis; quae omnia per revelationem Adamus accepit a Deo et traditione derivata et conservata sunt per totum tempus legis naturae inter fideles, parentibus docentibus et instruentibus filios. Quare eo argumento solum probatur traditionem quorundam, quae sunt de fide, antiquiorem esse in orbe Scripturis sacris, quod libenter admittimus. Ad 2 quod obicitur, dicendum est non ob id tempus illud appellari legis naturae quod homines viverent in solo lumine naturali sine revelatis a Deo et fide supernaturali, sed quod tunc non essent alia paecepta quam quae tunc erant iure naturali.

Pro resolutione secundi dubii adverte quod, ut inter alios probe notat Vega, super Concilium Tridentinum, lib. 9, cap. 3<sup>141</sup>, latius patet fides virtus theologalis quam fides catholica. Catholicum enim graece idem est quod latine universale; unde fides catholica idem est quod fides universalis. Quo fit ut fides vir[f. 24v]tus theologalis, licet in ordine ad quocumque obiectum quod certo constat esse revelatum a Deo sit virtus theologalis et fides supernaturalis, non tamen in ordine ad quocumque obiectum revelatum a Deo dicitur fides catholica, sed solum in ordine ad id quod universaliter revelatum et propositum est pro tempore aliquo ad credendum hominibus. Quare in ordine ad id quod peculiariter alicui personae est revelatum, non dicitur fides catholica, sed fides virtus theologalis et supernaturalis. Vide etiam de hac re Canum, 12 De locis, cap. 3<sup>142</sup> et Sotum in *Apologia contra Catharinum*, cap. 2<sup>143</sup>.

Hoc praehabito, ad secundum dubium dicendum est divinam revelationem non solum esse rationem obiectivam credendi ea quae ad fidem catholicam pertinent, qualia sunt quae pro tempore omnibus proponuntur credenda et omnibus communiter sunt revelata, sed etiam omnia universaliter quae constant esse revelata

x. Ms : constat

141. ANDREAS VEGA, *De iustificatione Doctrina universa libris XV. absolute tradita*, Colonia 1572, lib. 9, cap. 3, p. 209 a.

142. CANO, o. et ed. c., lib. 12, cap. 3, t. 2, pp. 150-160.

143. SOTO, DOMINGO, *Apologia... qua reverendo patri Ambrosio Catharino, episcopo Minoriensi, de certitudine gratiae respondet*, en Ed. *De natura et gratia*, Foucher, Paris 1549, f. 263v-264r.

a Deo et quae pertinent ad fidem virtutem theologalem. Quare divina revelatio radix est distinguendi fidem quatenus virtus theologalis est et non praecise quatenus catholica est, atque ut est obiectorum quae omnibus communiter sunt revelata. Argumentum ergo solum probat quod ad fidem virtutem theologalem pertinet credere ea quae revelantur privatis personis quando certo constat revelationem esse a Deo, ut constare potest his quibus fit revelatio, Deo interius causante firmitatem, nec sinentem dubitare, ut de Prophetis dictum est; non vero probare pertinere ad fidem catholicam. Caeteri autem quibus interius non fit talis revelatio, quia eis non certo constat revelationem factam alteri esse a Deo, non tenentur credere huiusmodi revelata, imo nec facile sibi debent persuadere tales [f. 25r] revelationes esse a Deo ante approbationem Ecclesiae. Et adverte quod cum Satanus transfiguret se in angelum lucis, nullus propriis revelationibus assentiri debet antequam sibi certo constet eas esse a Deo, ita ut nullus sit prorsus locus dubitationi; hac enim in parte nihil est omnino periculi et conservatur humilitas, quae tunc Deo valde placet, exemplo B. Virginis quae angelo eam salutante timere coepit et cogitare qualis esset illa salutatio. Opposita vero in parte plurimum periculi esse solet. Et Adverte quod saepe amor proprius, suggestio Demonis, et appetitus revelationum exsistimare facit certo constare esse Dei revelationem quod revera non est Dei revelatio, sed illusio Demonis, idque potissimum evenire solet levibus, curiosis et elatis hominibus et mulierculis, quae parum student humilitati, mortificationi atque profectui verarum virtutum. Vide B. Bonaventura in 3, d. 9, q. 6 circa primum principium<sup>144</sup>.

Ad tertium dubium dicendum est nullum esse inconveniens si divina revelatio in ratione signi significativi rerum revelatarum sit ens rationis. Huiusmodi enim signum ut a Deo assistentiaque divina exhibitum hominibus mediantibus causis secundis ad eis aliquid per causas secundas revealandum, et derivatur a scientia divina cognitione infallibili, et implicat ei [non] subesse falsum eo quod Deo repugnet mentiri.

---

144. S. BONAVENTURAE, *Commentaria in quatuor libros Sententiarum magistri Petri Lombardi*, lib. 3, dist. 9, art. 1, q. 6. (Ed. Quaracchi, t. 3, 1887, página 212.)

Pro solutione quarti, adverte revelationem divinam qua mysterium aliquod est revelatum, duobus modis posse cadere sub fidem: altero tanquam rationem et motivum credendi tale mysterium, non vero tanquam rem creditam. Quatenus enim in quibusdam partibus Scripturae revelatum est totam Scripturam, dicta Christi et Pro[f. 25v]phetarum esse revelationes divinas, non solum est de fide tanquam res credita id quod in unaquaque parte Scripturae affirmatur, sed etiam est de fide tanquam res credita quod illud revelatum sit a Deo, quatenus quod sit revelatum a Deo affirmant aliae partes de quarum numero sunt in primis illud ad Hebreos 1<sup>145</sup>: Multifarie multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis, novissime diebus istis loquutus est nobis in Filio. Atque illud secundae ad Timotheum 3<sup>146</sup>: Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, etc. Deinde illud secundae Petri 1<sup>147</sup>: Omnis prophetia Scripturae propria interpretatione non fit; non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Atque inter scripturas canonicas Spiritu Sancto inspiratas contineri etiam scripta Apostolorum aperte docet Petrus in eadem epistula cap. 3<sup>148</sup> dicens: Sicut charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis sicut etiam in omnibus epistulis loquens in eis de his in quibus sunt quaedam difficilia intellectu, quae indocti et instabiles depravant, sicut et caeteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Ioannis etiam 10<sup>149</sup> affirmat Christus non posse solvi scripturam et illam appellat sermonem Dei. Psalmo etiam 86<sup>150</sup> habetur: «Dominus narrabit in scripturis populorum et principum: horum qui fuerunt in ea» ecclesia, scilicet, quasi dominus ipse principalis sit autor scripturarum sanctorum. Adde quod in Scriptura saepe citatur Scriptura ipsa tanquam infallibilis veritas Spiritu Sancto inspirata. Ad dubium ergo, concessso antecedente, admittendum est dari aliam revelationem qua illud secundum sit revelatum et creditum tanquam ratione credendi, nimirum revelationem qua in illis peculiaribus partibus Scripturae

---

y. Ms: omnes.

145. Heb 1, 1.

146. 2 Tim 3, 16.

147. 2 Pe 1, 20s.

148. 2 Pe 3, 15.

149. Jn 10, 35.

150. Sal 86, 6.

revelatur quod quidquid in Scriptura sacra continentur revelatum est a Deo. Nec datur processus in infinitum in revelationibus, sed fit status in huiusmodi revelatione quae etiam est [f.26r] ratio credendi quod revelatum sit a Deo quidquid aliae partes Scripturae narrant, et praeterea quod id quod ipsamet narrant, etiam revelatum a Deo, quatenus ipsamet partes etiam sunt Scripturae, quam totam ipsae affirmant revelatam esse a Deo.